Abrahamus patriarcha an fuerit re vera.

Dissertatio theologica,

quam

Ordinis Theologorum summe reverendi auctoritate

ad

honores Licentiati Theologiae

in

academia Friderico-Alexandrina Erlangensi

rite impetrandos

scripsit

Ernestus Ziemer

Dr. phil., cand. theol.

ERLANGAE MDCCCXCVII.

Typis Friderici Junge typographi aulae regiae Bavaricae et universitatis Erlangensis.

Praefatio.

„Jeder Besonnene wird in Abraham, Isaac und Jakob geschichtliche Personen erkennen", haec verba fecit de Gutschmid[1]) anno 1857. Nostris autem temporibus multi et ii docti numquam Abrahamum eiusque posteros fuisse affirmaverunt. Alii aliud illis patriarcharum nominibus significari dixerunt, imprimis Wellhausen atque Nöldeke demonstrare studuerunt numquam fuisse Abrahamum. Sed solus fere Nöldeke adhuc de hac re propriis dissertationibus disseruit, ex quibus commemoramus commentationem: „Die biblischen Erzväter" (in: A. Dove, Im neuen Reich, 1871, p. 497—511) atque disputationem: „Die Ungeschichtlichkeit der Erzählung Genesis XIV" (in: Untersuchungen zur Kritik des Alten Testaments). Etiam Bernstein longius de patriarchis disputavit libello: „Ursprung der Sagen von Abraham, Isaac und Jakob (1871)." Sed ceteri fere omnes, qui cum de patriarchis, tum de Abrahamo, an re vera fuerint necne, disputaverunt, quod iis verum esse videbatur exposuerunt, cum occasio erat data, adnotationibus atque commentariis in maioribus quae scripserunt operibus (vide appendicem). Quae cum ita sint, alienum non esse videtur, iterum accuratius disserere, Abrahamus an fuerit re

1) Beiträge zur Geschichte des alten Orients, p. 25.

vera, praesertim cum in hac re permagni intersit scire, quid sit verum. Nam certissime explicanti historiam Israeliticam magni momenti est, an fuerit necne. Quare haec quaestio dignissima est, quae denuo in utramque partem examinetur ac summa diligentia inquiratur.

Huius autem disputationis ratio eiusmodi erit, ut omnibus aliis causis, veluti dogmaticis etc. omissis tantummodo interpretatione philologica atque historica et severa rerum gestarum consideratione, quid sit verum, exploremus et falsa reprobantes et vera sive verisimillima amplectentes atque tuentes. Atque ordo huius disputationis erit hic, ut in priore parte primum quidem inquiramus, probandane sit sententia eorum, qui Abrahamum reliquosque patriarchas numina fuisse atque antiquissimis temporibus cultos esse dicunt, deinde disputemus de opinione eorum, qui Abrahami personam a posteris seu a prophetis seu ab aliis qualibet causa fictam esse putant, in altera parte de iis agamus, quae proferuntur ad demonstrandum fuisse re vera Abrahamum, et omnium maxime ibi nobis explorandum erit, quid e rebus, quae Gen. 14 referuntur, ad hanc quaestionem solvendam consequatur.

Pars prior.

Abrahamum, id quod hoc loco quaerimus, re vera fuisse prorsus negat Nöldeke dicens nullo argumento probari posse unum hominem patrem esse totius stirpis seu populi. Ait enim ille[1]): „Je stärker die Gliederung in Stämme und Geschlechter bei einem Volke hervortritt, desto näher liegt es, dasselbe wie eine Familie aufzufassen: das ganze Volk, nimmt man da an, stammt von einem gemeinschaftlichen Vater ab, dessen Abkömmlinge in näherer und weiterer Geschlechtsfolge die Ahnherren der Stämme, Geschlechter und Familien sind: alle Mitglieder des Volks sind also im strengsten Sinne unter einander blutsverwandt. Diese Auffassung findet sich nun auch bei den verschiedensten Nationen. Aber freilich, sieht man näher zu, gewahrt man gar bald, wie misslich sie ist.“ Non congruere, porro explicat, hanc sententiam veritati apud Germanos, Slavos, Romanos, Graecos, Arabes. „Kein grösseres Volk, pergit ille, wohnt auf seinem ursprünglichen Boden; Eroberungen fremder Sitze sind aber fast immer mit der Unterjochung eines zurückgebliebenen Teils der früheren Bewohner verbunden oder auch wohl mit dem freiwilligen Anschluss eines solchen an die neuen Ankömmlinge.“ Hoc modo autem misceri stirpes, gentes, nationes, et postea plerumque ex ipsis stirpibus patres stirpium fingi. „Die Eponymen

1) Die biblischen Erzväter, p. 497 sqq.

der Stammesgruppen, der Stämme und Geschlechter mit ihren zahlreichen Unterabteilungen wurden nun nach den Verhältnissen der Gegenwart in genealogische Verbindung mit einander gebracht; an diese mythischen Stammbäume wurden dann die wirklich bekannten unmittelbar oder auch wohl durch einige erdichtete Mittelglieder gereiht.“ Nec aliter rem fuisse apud Israelitas. „Ganz ebenso sind zu beurteilen die zwölf Männer, deren Nachkommen die nach ihnen benannten zwölf Stämme Israels gebildet haben sollen.“ „Es liegt kein Grund vor, Ruben und Juda eher für geschichtliche Personen zu halten, als Jon und Achaeus bei den Griechen oder als Tai und Himjar bei den Arabern.“ Jam quia his personis mythicis secundum traditionem biblicam praeierint Abrahamus, Isaacus, Jacobus, ergo ne hos quidam re vera fuisse. „Bei einer solchen Umgebung (p. 503) müsste man schon sehr zwingende Gründe haben, um in ihnen Männer der wirklichen Geschichte zu erblicken.“ Alio loco iterum de Abrahamo dicit[1]): „Ich begreife freilich überhaupt nicht, wie ein Mann, von dem nicht bloss Israel, sondern eine ganze Reihe von Völkern abstammt, eine wirkliche Person sein soll.“

Idem spectans Dillmann quoque dicit[2]): „Dass von keinem einzigen Volke der Erde sein eigentlicher Stammvater nachweisbar ist, dass Völker sich nicht in der Art einer Familie bilden, sondern aus allerlei Stoffen zusammen wachsen, ... ist unbedingt zuzugeben.“ Et Köhler dicit[3]): „Es ist zwar im allgemeinen richtig, dass sich von keinem einzigen Volk der Erde ein eigentlicher Stammvater historisch nachweisen lässt, und dass

1) ZDMG. 42. Vol. p. 484.

2) Kommentar zur Genesis, 1886, edit. 5, p. 214.

3) Herzog: Real-Encycl., 3. Aufl., sub „Abraham“.

Völker sich nicht in der Art einer Familie bilden, sondern aus allerlei Stoffen zusammen wachsen.“ Kittel autem ait[1]): „Nun ist unleugbar, dass niemals in der uns bekannten Geschichte ein Volk sich auf eine Einzelperson als seinen Stammvater zurückführen lässt.“ (Cf. etiam: Meinhold, Wider den Kleinglauben, p. 32.)

Concedimus nos quidem hoc verum esse et dicimus nos quoque nullius alius populi auctorem inveniri atque comprobari posse. Sed negamus id, quod Kittel putat, ex hac re consequi. Scriptum enim est apud eum (l. c. p. 153): „Allein was anders ist damit erwiesen, als dass es sich bei unsern Quellen nicht um historische Urkunden im strengsten Sinne handelt?“ Kittel hoc modo eo procedit, ut Abrahamum non auctorem, sed ducem stirpis iam constantis fuisse dicat; nam apud eum hic locus occurrit: „Aber das hindert nicht, die Erzväter als Stammhäupter zu fassen, die an der Spitze eines schon vorher vorhandenen und ihnen untergebenen Nomadenstammes stehend, als seine Führer demselben für die Zukunft den Namen gegeben haben.“ Repugnat autem huic sententiae maxime traditio sacris litteris comprehensa. Numquam enim legimus de stirpe Abrahami neque de stirpe Isaaci neque de stirpe Jacobi; שֵׁבֶט אַבְרָהָם, מַטֵּה יִצְחָק nusquam tibi libros V. T. legenti occurrit, saepissime autem postea מַטֵּה לֵוִי, שֵׁבֶט רְאוּבֵן, בְּנֵי גָד etc. Seiunguntur accuratissime patriarchae atque eorum familiae a duodecim filiis Jacobi atque eorum stirpibus. Quod autem dictum est זֶרַע אַבְרָהָם, בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, haec verba significant totum populum Israeliticum, omnes duodecim stirpes, numquam singularem aliquam. Ergo, si etiam patriarchas duces tantum stirpium fuisse dicis, non auctores populi, non potes non totam traditionem omnibus in libris V. T.

1) Geschichte der Ebräer, I, p. 153.

comprehensam rescindere eamque omnino pro nihilo facere. Sed haec opinio, quam Kittel sibi vindicat, non est probabilis. Duae res enim hoc loco urgendae sunt.

Ac primum quidem in V. T. populo multa aliter facta sunt ac in omnibus ceteris; attamen vera esse nemo est, quin dicat. Ii quoque, qui discrepant a sententia nostra, his, quae ipsi docent, hoc verum esse concedunt, quod exemplo demonstrare mihi liceat. Wellhausen enim atque omnes fere, qui eum sequuntur (cf. Smend: „Alt-testl. Religionsgeschichte" et ea, quae Meinhold nuper scripsit etc.), multa atque gravia scripserunt de natura seu naturali progressu religionis Israeliticae, quod illi vocant „die natürliche Entwicklung der israelitischen Religion". Optimo iure tu quidem putas, hunc religionis naturalem progressum, quia ipsa ‚natura' est, eundem esse apud omnes populos terrarum. Sed minime! Ipse Smend dicit (l. c. § 1): „Die semitischen Kulturvölker wurden mit Ausnahme der Hebräer zunächst sämtlich Polytheisten, nur bei den Hebräern ist der Monotheismus entstanden." Attamen hunc religionis progressum apud Israelitas naturalem esse dicunt!! Hic naturalis, quem vocant, progressus igitur est contradictio, quae dicitur, in adiecto. Nobis autem hoc unum magni momenti est atque hoc animis mentibusque penitus mandamus, hic ab adversariis quoque rem quandam et eam gravissimam solis Israelitis concedi exceptis omnibus ceteris populis terrae. Nec aliter status rerum est in proposita quaestione. Plane igitur apparet posse quidem cogitari, singulum hominem populi Israelitici, solius omnium populorum, auctorem fuisse atque ipsum Abrahamum fuisse hunc auctorem.

Accedit, quod Abrahamus secundum Scripturam Sacram quoque non ita proavus Israelitarum putandus est, ut ad unum omnes Israelitae ex eo ipso prognati sint

sine ulla alius sanguinis mixtione. Nam scriptum videmus Gen. 12, 5: וַיִּקַּח אַבְרָם אֶת־ שָׂרַי אִשְׁתּוֹ וְאֶת־ לוֹט בֶּן־אָחִיו וְאֶת־כָּל־רְכוּשָׁם אֲשֶׁר רָכָשׁוּ וְאֶת־הַנֶּפֶשׁ אֲשֶׁר עָשׂוּ בְחָרָן וַיֵּצְאוּ לָלֶכֶת אַרְצָה כְּנַעַן׃

Ivit ergo non Abrahamus cum sola coniuge sua et Loto, fratris filio, sed erant complures cum eo, qui postea familiae et deinde genti immicti sunt secundum Gen. 17, 27, quo loco scriptum est: וְכָל־אַנְשֵׁי בֵיתוֹ יְלִיד בָּיִת וּמִקְנַת־כֶּסֶף מֵאֵת בֶּן־נֵכָר נִמֹּלוּ אִתּוֹ׃ Dimissi quidem sunt postea filii Keturae, sed tamen permulti quoque apud Abrahamum eiusque filium Isaacum manserunt et sine dubio sese immiscuerunt prognatis. Postea quoque matrimonia prognatorum Abrahami cum feminis alius gentis facta esse minime negamus. Juda, Jacobi filius, ut nonnulla exempla afferam, feminam Kanaaniticam in matrimonium duxit (Gen. 38, 2); uxor Josephi, mater Ephraimi et Manassae, Aegyptiaca, filia sacerdotis Aegyptiaci (Gen. 41, 45), uxor ipsius Mosis Midianitica fuit. Quod si apud nobiles fieri poterat, multo magis talia conubia in plebe certissime facta sunt. Attamen profecto probabile est Abrahamum fuisse primum auctorem populi Israelitici atque patrem Israelitarum. Adde, quod ei soli, cum Jacobus cum liberis suis in Aegyptum ad Josephum descenderet, populo seu familiae adnumerati sunt, qui ab eo ipso prognati erant (Gen. 46, 8 sqq.)[1].

---

1) Gen. 46, 8 sqq. secundum omnium fere opinionem est e fonte A seu P (Grundschrift, Priestercodex). Hunc post exilium babylonicum in ipsa Babylonia scriptum et hac de causa indignum esse, cui credatur, comprobari non potest (cf. Köhler, B. G. III, p. 527, adnot. 2), immo multo antea scriptus est. Nam, ut nonnulla afferam argumenta, permultae leges ex iis, quas P continet, non nisi eo tempore ortae esse possunt, cum populus nondum esset in Palaestina, sed ex Aegypto in Palaestinam per regiones desertas migraret; cf. Lev. 14, 34. 18, 3. 25, 2. Num. 15, 2 etc. Aliae

Itaque reprobamus, quod Nöldeke confirmat: ex hac re, quod apud nullum alium populum auctor atque pater comprobari possit, consequi Abrahamum nec fuisse auctorem populi Israelitici nec omnino unquam vixisse. Immo vero credibile est fuisse Abrahamum singularem hominem atque auctorem populi Israelitici; ergo nobis vindicamus eum vixisse non posse non cogitari.

Videamus nunc, quem putent aliter sentientes Abrahamum fuisse. Alii eum deum sive numen stirpis alicuius fuisse, alii ipsum eiusque filium atque nepotem fictos esse dicunt sive rei publicae sive religionis causa. Quas sententias nunc ordine perlustrare meum est.

I.
Abrahamus fueritne numen.

Quam difficile sit, ex traditionis fontibus statuere, quid voce Abrahami significetur, si non fuerit re vera,

---

leges non nisi ipsis his temporibus servari potuerunt, cum totus populus in itinere, et nondum per totam Palaestinam seu Babyloniam dispersa esset; cf. Lev. 17, 1—7 de carne mactanda. Num. 36, 6—9 de filiabus heredibus. Num. 26, 52—56 de terra Palaestina distrubuenda. Aliae ponuntur a legibus illis Deuteronomicis (Dt. 10, 9 ponit Num. 18, 20—24. Deut. 24, 8 — Lev. 13—14 etc.). Dt. 5—26 autem ab ipso Mose iam scriptum esse, ex eo consequitur, quod Dt. 31, 9 scriptum est: וַיִּכְתֹּב מֹשֶׁה אֶת־הַתּוֹרָה הַזֹּאת (cf. Köhler, Bibl. Gesch. I, p. 333, adnot. 3), et e multis adnotationibus, quae non nisi Mosis aetate fieri potuerunt (Dt. 7, 1—7. 23, 8—9 etc.). Ergo, ne plura de hac re dicam, si non ipsius Mosis tempore, certe non ita multo post Palaestinae expugnationem et partes legislatorias et partes historicas huius quem ponunt fontis eo modo, ut nunc sunt, litteris comprehensas esse verisimillimum est; nam utramque partem huius fontis eodem fere tempore ortam esse ipsi, qui dissentiunt, concedunt. Quae cum ita sint, huic quoque loco Gen. 46, 8 sqq. antiquissima traditio supposita est.

ex eo facile intellegi potest, quod alii alias sententias de ea re protulerunt. Ipse Nöldeke difficillimum esse concedit hanc quaestionem recte accurateque solvere. Apud eum enim scriptum videmus (l. c. p. 508 sqq.): „Nach allem Gesagten dürfen wir es für sicher erklären, dass die drei grossen Erzväter ebenso unhistorisch sind, wie ihre Vorfahren und nächsten Nachkommen. Aber ausserordentlich schwer ist die Frage zu beantworten, was sie denn ursprünglich bedeuten.“ Postea sibi persuadet numina eos fuisse, quam sententiam his verbis demonstrare posse sibi videtur (p. 508): „Da nun die Namen der drei Väter keine ethnologische oder geographische Bedeutung zu haben scheinen, so liegt es am nächsten, in ihnen alte Gottheiten zu sehen. Mit der Entwicklung des reinen Monotheismus in Israel mussten notwendig die alten Gegenstände der Verehrung, sinnliche wie bloss vorgestellte, in den Hintergrund treten und entweder ganz verschwinden oder sich in irgend einer Weise den neuen Ideen unterordnen. Dies konnte geschehen durch Verwandlung alter Götter in fromme Stammheroen.“

Hic magnopere discrepamus; immo hac in re toto genere dissentimus a Nöldeke, et locus mihi idoneus esse videtur ad hanc differentiam illustrandam. Atque agitur quidem praecipue de hac re, quam Nöldeke vocat „die Entwicklung des reinen Monotheismus in Israel“. Haec est ea cogitandi ratio, cui addicti ii, quorum sententia nostrae contraria est, ad scripturam sacram contemplandam accedunt, quam quidem nos amplecti nullo modo possumus. Nam quid sit id, quod illi „Entwicklung“ vocant, Carolus Müller Erlangensis rectissime disseruit libello, qui inscribitur: „Noch einmal „Altgläubige“ und „moderne Gläubige“.“ Ibi (p. 34) scriptum videmus: „„Entwicklung“ bezeichnet eine Bewegung der Geschichte,

in welcher immanente Kräfte zur Entfaltung kommen, bei welcher also mit dem frei und lebendig eingreifenden, über und ausserhalb der Geschichte stehenden Gott nicht gerechnet werden soll.“ „Dass der lebendige Gott seine machtvolle Offenbarung einem Volke im Besonderen erschlossen, dass er hier also aus seiner Verborgenheit herausgetreten und die immanente Entwicklung nicht sich selbst überlassen habe, gilt von vorne herein als ausgeschlossen.“ Si legis, ut exemplum afferam, quae dixit Wellhausen in 7. capite libri „Prolegomena zur Geschichte Israels“, saepissime tibi exempla occurrunt, ex quibus facile intellegere potes, verissime hoc dictum esse. Huic autem opinioni nos, ut supra diximus, minime consentire possumus. Immo vero si, quod scripturâ sacrâ traditum est, spectamus, initio deus sese revelavit humano generi atque primum quidem cultui unius dei, quem vocant monotheismum, homines dediti fuerunt, paulatim demum depravati sunt in polytheismum. Qua de causa deus ad veram religionem conservandam unum populum, i. e. Israelitas sibi elegit eisque sese iterum iterumque revelavit. Antiquissimis igitur temporibus monotheismum fuisse iudicamus (cf. p. 46). Hanc nostram sententiam, quam pluribus verbis exponere non est huius loci, probat Köhler (Bibl. Gesch. I, 1 sqq 21 sqq.), et König censet[1]), dass nur diejenige Gesamtbeurteilung des Alten Testaments als die diesem gerecht werdende anzuerkennen sei, nach welcher nicht aus einer Entwicklung von unten nach oben das entstanden sei, wodurch das Alte Testament innerhalb der vorchristlichen Menschheitslitteratur ausgezeichnet ist“, probant Hofmann, Delitzsch aliique. Reprobamus igitur eam rationem, a qua omnis quam Nöldeke profert, argumentatio procedit.

1) Alt.-testl. Kritik u. Christenglaube, p. 12.

Sed redeamus ad ipsam rem et videamus, quae argumenta deinde afferat Nöldeke ad demonstrandam suam sententiam Abrahami nomine significari numen. Ac primum quidem contendit, ab Abrahamo novam quandam partem historiae atque novam aetatem originem cepisse, et quid sibi ex hac re consequi videatur, declarat his verbis (p. 509): „Es ist also nicht unwahrscheinlich, dass nach der älteren Anschauung Abraham eben den Ursprung des Menschengeschlechts überhaupt bezeichnete, womit nicht im Widerspruch stünde, dass die eigene Nation sich ganz speziell von ihm ableitete." Quia autem ad hanc opinionem probandam argumenta afferre omnino non potest, venit deinde ad nomina Abrahami eiusque coniugis et progenitorum. אַבְרָם patrem altum, שָׂרָה reginam significare dicens haec addit: „Beide Namen würden sehr wohl für göttliche Wesen passen." Deinde his nominibus cum aliorum numinum nominibus, ut Baal, Baalti, Astarte, Melech, Milcath etc., quae initio deos solis et deas lunae significasse dicit, comparatis concludit his verbis: „Ein solches Götterpaar könnte auch „der hohe Vater" und die „Fürstin" bei den ältesten Hebräern gewesen sein." „Abraham und Sara standen, wenn unsere Auffassung richtig ist, nach dem ursprünglichen Glauben als göttliche Wesen an der Spitze der menschlichen und nationalen Entwicklung; sie bilden noch im AT. den Anfang einer neuen Periode, als Begründer des Volkes Gottes und Vorbilder für alle fromme Israeliten." Idem nuper quoque alio loco iterum dicit[1]. „Ich sehe es nach wie vor als sehr wahrscheinlich an, dass Abraham und Sara ein altes Götterpaar sind." Eodem loco opinioni suae Saram esse deam hoc addit: „Und die Schwägerin, resp. Base dieser „Fürstin"

1) ZDMG. 1888 (42.), p. 484.

ist מַלְכָּה „Königin“; das ist in so mythischem Zusamenhange doch schwerlich etwas Anderes, als die von den Phöniziern verehrte מלכת. Hier haben wir also Reste weiblicher Gottheiten.“ Quam incerta autem haec interpretatio nominum sit, vel ex eo intelligitur, quod deinde de Isaaco et Jacobo dicit. Isaaci nomen difficillimum esse ad interpretandum confitetur et de Jacobo dicit: „Auch die ursprüngliche Bedeutung Jakobs kann ich nicht erraten“; nititur autem lapide illo Bethelis et denique dicit: „Ich möchte noch die Frage aufwerfen, ob dieser heilige „Stein Jacobs“ nicht am Ende ursprünglich den Stein bedeutet, welcher den Jacob (als Gott) selbst darstellt.“ De uxoribus quoque patriarcharum iuniorum confitetur: „Was die Frauen der beiden jüngeren Patriarchen bedeuten, vermag ich durchaus nicht zu enträtseln.“

Priusquam longius et gravioribus argumentis reprobamus, quod hac in dissertatione a Nöldeke conscripta falsum esse nobis videtur, liceat sententias aliorum afferre, qui ipsi quoque Abrahamum numen quoddam significasse putant. Hoc loco hoc unum dicam omnia ea, quae supra Nöldeke dixit, et quae tantummodo ad nomina pertinent, coniecturas esse, argumenta minime, neque ei ius concedendum dissertationis suae his verbis finiendae: „Wie man nun aber auch über die wahre Bedeutung der Patriarchen und über unsere bescheidenen Vorschläge zur Lösung dieser äusserst schwierigen Frage denken möge, so viel steht fest, dass wir es hier eben so wenig mit geschichtlichen Personen zu thun haben, wie in der griechischen oder phönizischen Mythologie und Heroensage.“

In aliam viam ac Nöldeke trahitur Dozy in libro „Die Israeliten zu Mekka von Davids Zeit bis ins 5. Jahrhundert unserer Zeitrechnung.“ Comparat ille (p. 20) Dt. 32, 18 cum Jes. 51, 1—2, ubi haec scripta sunt:

Dt. 32, 18: צוּר יְלָדְךָ תֶּשִׁי
וַתִּשְׁכַּח אֵל מְחֹלְלֶךָ

i. e.: Saxum, quod te genuit, reliquisti,
Et deum, qui te peperit, oblitus est,

Jes. 51, 1—2: הַבִּיטוּ אֶל־צוּר חֻצַּבְתֶּם
וְאֶל־מַקֶּבֶת בּוֹר נֻקַּרְתֶּם׃
הַבִּיטוּ אֶל־אַבְרָהָם אֲבִיכֶם
וְאֶל־שָׂרָה תְּחֹלֶלְכֶם׃

Videte in saxum, ex quo exsculpti estis,
Et in foveam excavatam, ex qua exfossi estis;
Videte in Abrahamum, patrem vestrum
Et in Saram, quae vos peperit.

Hoc figurate minime dictum esse contendit; ergo ex parallelismo, quem vocant membrorum, strictissime consequi, Abrahami nomine saxum, Sarae foveam significari; utrumque pro numine habendum esse ex verbo in priore loco citato concludendum esse. „Und Abraham, deinde ait, ist in der That nicht der Name eines Mannes, — kein Hebräer hat diesen Namen im alten Testament, — sondern der eines Gottes“, „ein Titel, wie er einem Gotte zukommt, und der auch der höchsten Gottheit zu Byblos in Phoenizien beigelegt wurde“. „Auch der Name Sarah (p. 22) ist kein Frauenname, denn keine einzige Frau im AT. heisst so; aber dessen ältere Form, die, wie man aus der Genesis weiss, Sarai war, kann der angeführten Stelle des 2. Jesaias nach, nichts anderes, als Höhle, Grube bedeuten, was auch wirklich der Fall ist.“ Dozy ergo Abrahamum et Saram numina lapidum atque saxorum fuisse putat. Addit huic sententiae: „Übrigens dachte man sich, der alten Vorstellung gemäss, Abram wohl als einen Stein, aber als „beseelten Stein“, denn dies war der diesen Bätylen eigentümliche Name, λίθοι ἔμψυχοι, und gerade dieser Umstand erleichterte es später,

Abram als Menschen darzustellen.“ Nititur denique ad sententiam suam comprobandam nominibus propriis, quae composita sunt nomine צוּר, i. e. saxum, veluti אֱלִיצוּר (Num. 1, 5. 2, 10), צוּרִיאֵל (Num. 3, 35) צוּרִישַׁדָּי (Num. 1, 6. 2, 12); atque quid sibi ex his effici posse videatur, his verbis pronunciat (p. 27): „Wer wäre so thöricht zu behaupten, dass dies jemals Personennamen gewesen seien? Nein, es sind Namen aus der halbmythischen Periode, die ausschliesslich in Numeri vorkommen, es sind, mit andern Worten, Namen von Steingottheiten.“

Denique hoc loco commemorandus est Ignatius Goldziher, qui ipse quoque Abrahamum et omnes fere ceteros in libro Geneseos commemoratos homines numina, mythicas notiones esse dicit in libro: „Der Mythos bei den Hebräern und seine geschichtliche Entwicklung.“ Brevissime de ipso Abrahamo disputat dicens (p. 109), Abrahamum significasse mythice coelum noctis seu noctem. „Der Semite geht in der Benennung des Himmels von dem sinnlichen Eindruck der Höhe aus..... Wir haben oben gesehen, dass der Nomade in seiner Naturbetrachtung von dem nächtlichen Himmel ausgeht. .... So ist auch in dem alten hebräischen Mythos der Hohe der nächtliche oder regnerische Himmel.“ De Sara idem fere sentit ac Nöldeke, dicens de ea (p. 182): „Ihr Name bedeutet so viel als: Fürstin, Herrin, die Fürstin des Himmels: der Mond, die Königin, die über das grosse Heer des nächtlichen Himmels regiert.“ Liceat mihi hoc loco etiam referre, quid sentiat Goldziher de Isaaco et Jacobo eorumque uxoribus. Facilius enim ex eo intellegere possumus, quo modo ille interpretetur et quanti aestimandum sit, quod ille pronunciat. Quod attinet Isaacum, verbo צחק eius nominis significari dicit „jenes himmlische Lächeln, womit der Mythos die Sonne begabt, wie der indische Dichter Ushas die Lächelnde nennt.“ Ad

hanc rem pertinere dicit, quod scriptum est Ps. 2, 4: יֹשֵׁב בַּשָּׁמַיִם יִשְׂחָק, concluditque (p. 113) his verbis: „Der Lächelnde, den der „hohe Vater“ zu schlachten beabsichtigt, ist der lächelnde Tag, oder näher bestimmt, die lächelnde Abendröte, die im Kampf gegen den Nachthimmel den Kürzeren zieht und unterliegt.“ Conubium inter Isaacum et Rebeccam ita interpretatur (p. 124): „Der lachende Tageshimmel oder der Sonnengott (wohl erst nur die Sonne) ist mit der Fettigkeit und Fruchtbarkeit der Erde verehelicht.“ Jacobi nomine idem significari atque Abrahami, utrumque noctis nomen esse; hoc spectans scribit (p. 154): „Einer der hervorragendsten und in unserer Quelle am reichsten mit mythischem Inhalt bedachten Namen des dunkeln Nacht- und Wolkenhimmels ist im Mythos der Hebräer Ja'ḳôbh“, et p. 155 de Jacobo et fatre eius: „Die Nacht kommt zur Welt mit der Ferse des Tages in der Hand, mit unsern Worten: sie folgt ihm nach, ihn vom Platze verdrängend.“ Denique de uxoribus Jacobi hoc dicit (p. 186): „Die Trägerinnen dieser mythischen Benennungen sind Gestalten des dunkeln Nacht- und Wolkenhimmels.“ De altera dicit: „Ernste Männer werden es wohl keinen Zufall nennen dürfen, dass das Wort Lea seiner Bedeutung nach nichts anderes besagt, als Delila, nämlich languida, defatigata: die Schmachtende, Müde, Schwache: die untergehende Sonne“; et de altera (p. 189): „Ist nun der Himmel ein Weideplatz, so liegt es ja am nächsten, in den Wolken weidende Tiere zu erblicken.“ . . . „Es mochte der Hebräer in dem Regen die Thränen der Rahel erblicken (p. 191).

Atque haec quidem hactenus! Valde varias horum sententias esse videmus, cum in eo consentiant, patriarcharum nominibus numina significari. Unus Abrahamum solem, Saram lunam esse putat, alter numina lapidum

atque saxorum, tertius nomina plane mythica. Videamus nunc, quid contra has sententias afferre possimus. Duae igitur sententiae videntur mihi profitendae ac sustentandae esse; ac primum quidem demonstrare studebo, ex nomine Abrahami id effici non posse, quod adversariis videtur, qui nominibus solis utuntur ad demonstrandas suas sententias. Deinde ut doceam operam dabo, nusquam in V. T. libris Abrahamum reliquosque patriarchas ut deos cultos esse.

Ac primum quidem e nomine אַבְרָם seu אַבְרָהָם minime concludendum est id numinis nomen fuisse. Forma אַבְרָהָם quomodo etymologice interpretanda sit, cum omnibus ceteris me nescire fateor, atque forma priore nominis nitor, quod eo magis facere mihi licet, cum ii quoque, qui dissentiunt, hac tantum forma utantur. אַבְרָם autem eadem forma est atque אֲבִירָם. Nöldeke quidem hoc negat (ZDMG 42. p. 484) dicens: „Wir dürfen uns gewiss darauf verlassen, dass der Name jenes in richtiger Aussprache überliefert ist; dann ist aber אַבְרָם, אַבְרָהָם verschieden von אֲבִירָם und ist nur zu übersetzen „hoher Vater“. Nomen recte traditum esse et ipse concedo, sed nihilo minus אַבְרָם idem nomen atque אֲבִירָם esse puto. Nam sine dubio alia nomina similiter formata conferenda sunt et quid ex ea collatione consequatur, quam Nöldeke neglexit, explorandum est. Nomen imperatoris illius ex tempore regis Sauli plerumque scriptum videmus: אַבְנֵר (1. Sam. 14, 51. 17, 55), quod transfertur „pater lumen est“; sed etiam altera forma occurrit: אֲבִינֵר (1. Sam. 14, 50), quod redditur „pater meus lumen est“. Pariter nomen filii Davidis regis semper quidem est אַבְשָׁלוֹם „pater pax est“ (2. Sam. 3, 3. 14, 25 etc.), sed etiam altera forma eiusdem nominis nobis tradita est, cum homo cetera ignotus Rehabeami regis socer commemoretur (1. Reg. 15, 2. 10): וְשֵׁם אִמּוֹ (sc. אֲבִיָּם) מַעֲכָה בַּת־אֲבִישָׁלוֹם.

Idem hic socer regis autem iterum אַבְשָׁלוֹם nominatur 2. Chr. 11, 20. 21, quo loco legimus: וְאַחֲרֶיהָ לָקַח (sc. רְחַבְעָם) אֶת־מַעֲכָה בַּת־אַבְשָׁלוֹם. Denique אֲבִיגַיִל quoque, nomen uxoris Davidis, semel etiam scriptum est אֲבִגַיִל (1. Sam. 25, 3); et Korachita אֲבִיאָסָף (Ex. 6, 24) saepius hoc nomine memoratur: אֶבְיָסָף (1. Chr. 6, 5. 22. 9, 19). Satis superque ex his demonstratur nomina אַבְנֵר et אֲבִינֵר, אַבְשָׁלוֹם et אֲבִישָׁלוֹם etc. eadem esse, atque formas sine Jod suffixo apud nobiliores et notissimos, ut Abner, Abschalom, magis in usum receptas fuisse. Ergo verisimillimum est et nomen אַבְרָם nihil aliud esse quam אֲבִירָם. Hoc nomen autem saepius in V. T. libris occurrit, nomen Korachitae illius (Num. 16, 1. 12. 26, 9. Dt. 11, 6. Ps. 106, 17) et alius viri (1. Reg. 16, 34). Quod patriarchae ipsius nomen אַבְרָם re vera numquam in V. T. libris scriptum esse אֲבִירָם dicis, nec pro אַבְשָׁלוֹם, filii Davidis nomine, usquam scriptum est אֲבִישָׁלוֹם; attamen nemo dubitat, quin idem nomen sit. Accedit, quod patriarcha postea plurimum altero nomine אַבְרָהָם appellabatur. Nostrae sententiae, אַבְרָם idem esse ac אֲבִירָם assentiuntur Baethgen dicens[1]): „Die Form Abram . . . . ist nicht verschieden von Abiram". Ab eodem loco stat Köhler, cum dicit[2]): „Der Name Abram ist wahrscheinlich gleich Abiram", idemque vult König his verbis[3]): „Abram ist nach der Analogie von Abner etc. aus Abirâm verkürzt, und neben Abiram als der Bezeichnung selten genannter Personen konnte die Form Abram als Name einer häufig genannten Person sich ebenso einbürgern, wie Abischalom der unbekannte Vater der Ma^{e}kha, aber Abschalom der vielgenannte Sohn Davids heisst". Assentitur nobis

1) Beiträge zur semit. Religionsgesch p. 155.

2) PRE^2, sub „Abraham".

3) Einleitung ins AT. 1893. p. 182.

etiam Wellhausen his verbis[1]): „Abram für Abiram ist ebenso wie Abner für Abiner, und Ahab für Ahiab."

Nomine Abram ita interpretato reprobanda est sententia contradicentium neminem in V. T. libris patriarchâ solo excepto hoc nomine appellatum esse; nam alii quoque, ut supra dixi, hoc nomen alterâ formâ habuerunt. Et commemoro Mosem et fratrem eius Aaronem, quae nomina nemini alii in V. T. libris data sunt, et quos nihilo minus re vera fuisse nemo fere est, quin concedat.

Multo aliter atque ceteri omnes Hitzig nomen Abrahami interpretandum esse dicit, et aliter formam priorem „Abram", aliter formam alteram „Abraham". His verbis de illis nominibus disputat[2]): „Da Abram auch in Egypten verweilt, so vergleichen wir um so eher abrek, d. i. ape rek beuge das Haupt (Gen. 41, 43) und erklären unser Wort folglich aus ape Haupt, Spitze, apex im Latein, griechisch aké, und sodann râm, worin wir das koptische rômi Mensch, mit dem Artikel Pirômis Her. 2, 143, erkennen und auch den indischen Râma, welcher als mit dem Affen im Bunde, und da seine Gattin Sita die Ackerfurche ist, den brahmanischen Menschen abbildet". „Auch die Abwandlung des Namens in Abraham lässt das Band nicht los, welches an Indien anknüpft, nunmehr nämlich ihn mit Brahman zusammenbringt. Und um einen Kenner der Sanskritlitteratur Ablehnung der Wahrheit unmöglich zu machen, wird auch Abraham gleichwie der Râghava Râma 1. Mos. 11, 20 als ein Nachkomme des Raghu aufgeführt, während der Name seiner Gattin an die Nymphe Saraju erinnert, von welcher der Fluss bei Râma's Königsstadt den Namen trägt. Die Form Sarai lehrt zugleich, dass der Weg nicht über den Boden der Zendsprache, wo Saraju vielmehr Harôju

1) Proleg.[2] p. 333, adnot.

2) Geschichte des Volkes Israel. 1869. p. 41 sqq.

lautet, genommen ist". Haec verba Hitzig de illo nomine facit. Quid nos ad ea? Reprobamus ea atque iterum reprobamus, nam haec non est disputatio philologica sive interpretatio etymologica, hae sunt coniecturae sine ulla argumenti vi, res fictae, quas in severa argumentatione afferri minime licet. Nomina, quae hebraica esse luce clarius est, hebraicā linguā adiuvantibus aliis linguis semiticis interpretanda sunt, non linguā hebraicae minime cognatā, ut indogermanicā. Quod si fieri liceret, optimo iure germanicum nomen linguā hebraicā interpretareris! Ergo reprobamus, quod Hitzig de Abrahami nomine docet neque rectas eius coniecturas esse dicimus.

Quid igitur significat nomen אַבְרָם? Utrum tale aliquid, ex quo consequitur id numinis nomen esse, annon? Tres variae interpretationes exstant.

Primum quidem Nöldeke id transfert „pater altus". Contra hanc interpretationem Baethgen dicit (l. c. p. 155): „Da nun aber Niemand einem Kinde — denn die Namengebung fandauch bei den Semiten im Kindesalter statt — den Namen „hoher Vater" beilegen wird, so kann dies nicht der Sinn von Abram sein". Bernstein quoque (p. 3) hoc infantis nomen esse negat. Sed hoc mihi suo iure illi contendere non videntur. Certe infanti hoc nomen dari potuit, ut Nöldeke quoque dicit (ZDMG. 42. p. 484. adnot. 3), sed pater filio nato gaudens hoc nomen non eligeret spectans ipsum infantem (nunc reprobo sententiam a Nöldeke defensam), sed spectans deum, ei gratias agens et vocans „pater alte!", cum saepissime in nominibus propriis dei invocationes inesse constet. Attamen hanc interpretationem probare non possum maxime ea re commotus, quod אַבְרָם idem esse ac אֲבִירָם supra demonstravi, huic nomini autem illa interpretatio non congruit. Ex eo id potius mihi effici videtur, רָם non

esse attributum adiectivum, appositum ad substantivum אָב, sed referendum esse ad praedicatum, immo ipsum esse praedicatum.

Baethgen igitur aliter interpretari conatur (l. c. p. 156). „Vielmehr, ille ait, ist „ram“ in diesen Namen Bezeichnung Gottes“. „Nun aber befinden sich unter den Namen dieser unzweifelhaft auch solche, welche nicht ein genitivisches Verhältnis ausdrücken, sondern welche aus einem vollständigen Satz mit Subjekt und Prädikat bestehen.“ Nomina feminarum, ut אֲבִיגַיִל, אֲבִיטַל hoc tantum modo interpretanda esse. „Also werden diese Namen bedeuten: ‚Vater (der Trägerin dieses Namens) ist der Thau, der Jubel‘, und dementsprechend bedeutet Abram, Abiram, Aburam: ‚Vater (des Trägers dieses Namens) ist der Erhabene‘.“ Congruit huic sententiae Köhler l. c. dicens: „Der Name Abram ist wahrscheinlich gleich Abiram und bedeutet dann wohl ‚der, dessen Vater Ram, d. i. der Hohe, nämlich Gott ist‘.“ Sed hanc quoque sententiam rectam esse adduci non possum, ut credam. Nam רָם nusquam in V. T. libris nomen dei est; occurrit quidem nomen proprium רָם (Ruth. 4, 19. 1. Chr. 2, 25), sed deus ut altus sanctusque non appellatur hoc nomine רָם, sed saepius alio עֶלְיוֹן. (cf. אֵל עֶלְיוֹן: Gen. 14, 18. יְהוָה עֶלְיוֹן: Ps. 7, 18. 57, 3. עֶלְיוֹן: Ps. 9, 3. 21, 8). Ergo interpretandum esse puto „pater“ seu „pater meus“, quia אָבִי substantivum cum suffixo esse mihi videtur. Quod Baethgen commemorat (l. c. p. 156 adnot. 3): „Dass nicht ‚mein Vater‘ zu übersetzen ist, zeigen die auf u ausgehenden Formen Abu und Chamu“, huc non cadit. Forma hebraica nominis אבוגיל, אבורם inveniri nusquam potest; una sola forma similis est חֲמוּטַל (2. Reg. 23, 31), et hoc ipsum nomen duobus aliis locis חמיטל scriptum est (2. Reg. 24, 18. Jer. 52, 1), ut forma cum Jod scripta recta atque antiquissima esse videatur.

Quae cum ita sint, superest haec tertia sententia, secundum quam nomen אַבְרָם sive אֲבִירָם interpretamur: „pater seu pater meus altus est“, cui interpretationi assentitur König l. c. Nomen אַבְרָם igitur nomen simplicis hominis esse demonstravimus, qua de causa omni parte probamus verba, quae König de hac re fecit: „Auch der Name Abram ist ein normal gebildetes Wort, bietet also keine Gegeninstanz dagegen, dass sein Träger eine historische Persönlichkeit gewesen ist.“ Atque si nomen secundum alteram a nobis allatam interpretationem explicatur, eam numinis notionem esse ex eo non concludendum est. Baethgen, qui illam sequitur, dicit (p. 157): „Aus dieser Erörterung ergiebt sich mit Sicherheit, dass Abram kein ursprünglicher Gottesname sein kann, sondern von Anfang an und ausschliesslich als menschlicher Personenname gebraucht werden musste.“ Ergo omnia, quae Nöldeke atque Goldziher ex hoc nomine consequi putant, minime consequuntur; minime ex eo effici cogique potest Abrahamum fuisse deum, seu deum solis, ut Nöldeke vult, seu numen coeli nocturni et pluviosi, ut Goldziher dicit.

Omnino hoc quoque reprobandum est, quod Goldziher de reliquis patriarchis eorumque uxoribus dicit: nam coniecturae, res fictae sunt, quae comprobari non possunt. Minime licet, quod scriptum est Ps. 2,4 referre ad mythicam notionem solis. Secundum interpretationem philologicam haec verba non spectant nisi in Iehovam ipsum, qui iam in primo versu nominatur et de quo postea in carmine sermo est. Iam vero falso ab eo scriptum est, quod ille his gravibus verbis introduxit: „Ernste Männer werden es keinen Zufall nennen etc.“ Nam quod putat nomen לֵאָה idem significare atque דְּלִילָה, h. e., „languida, defatigata“, nostris temporibus satis constat Leam significare vaccam, et hoc nomen idem

esse ac assyriacum „littu“, contractum e „li'tu“, genus femininum nominis „lû“, i. e. bos, a radice לאה, „posse, virium robore insignem esse“ (cf. Delitzsch: HWB. p. 364 a).

Restat, ut demonstrem ea, quae Dozy attulit, recta non esse. Contendit ille, quod Dt. 32, 18 et Jes. 51, 1—2 dictum est, figurate non dictum esse. Sed hoc verum esse non potest. Contemplemur primum Jes. 51, 1—2, quo loco Abrahamum צור, Saram מקבת בור apellatos esse constat. Ac primum quidem בור non est fovea, spelunca hoc sensu, quo Dozy vult, germanice dicens „Höhle“. Spectat enim ille hac interpretatione id, quod Abrahamus secundum fabulam Iudaeorum in fovea quadam natus esse atque per longum tempus mansisse dicitur. בור est puteus, fons, „Brunnen, Grube“, in quibus plerumque aqua est, seu aqua pluviae excepta, seu aqua ex terra effluens; deinde puteum quoque significat, ex quo metalla seu lapides exhauriuntur („Schacht“). Spelunca significatur hebraice verbo מְעָרָה. Hoc loco autem hanc vocem בור figurate dictam esse, comprobatur eo, quod Prov. 5, 15—18 scriptum videmus, quo loco verba similia nobis obviam fiunt. Ita enim ibi scriptum est:

שְׁתֵה־מַיִם מִבּוֹרֶךָ וְנֹזְלִים מִתּוֹךְ בְּאֵרֶךָ
יָפֻצוּ מַעְיְנֹתֶיךָ חוּצָה בָּרְחֹבוֹת פַּלְגֵי־מָיִם
יִהְיוּ־לְךָ לְבַדֶּךָ וְאֵין לְזָרִים אִתָּךְ
יְהִי־מְקוֹרְךָ בָרוּךְ וּשְׂמַח מֵאֵשֶׁת נְעוּרֶךָ

Bibe aquam ex puteo tuo et aquam fluentem e fonte tuo
Fontes tui foris se diffundant et in vias rivi aquae
Tibi soli sint neque peregrinis apud te
Fons tuus benedictus sit, uxor iuventutis tuae tibi voluptati sit.

His verbis figurate de conubio sermonen esse nemo est, quin sciat. Femina, coniux igitur comparatur puteo, fonti his verbis בור, בְּאֵר, מָקוֹר. Nemo ex his verbis sequi

dicat, uxorem re vera esse fontem, coniugem esse puteum; unusquisque suo iure metaphorice dici concedit. Similiter de femina dictum est, quod Cant. Cant. 4, 12 legimus:

גַּן נָעוּל אֲחֹתִי כַלָּה
גַּל נָעוּל מַעְיָן חָתוּם

Hortus clausus soror mea, sponsa
Fluctus clausus fons anulo clausus.

Haec verba igitur figurate sexum femininum significant, et ad eum significandum re vera valde idonea esse facile intellegitur, quia liberi ex uxore ut aqua ex fonte nascuntur atque oriuntur, seu quia ex uxore liberi in lucem eduntur, ut ex puteo lapides seu metalla effodiuntur atque in lucem proferuntur. Rectissime igitur Delitzsch ad locum priorem supra citatum haec dicit[1]): „Ebenso heisst hier בּוֹר und בְּאֵר des Verheirateten das bundesmässig ihm angehörige Eheweib. Das Bild entspricht der sexuellen Natur des Weibes, deren Ausdruck נְקֵבָה ist.“

Pariter hoc loco Jes. 51, 1b figurate dictum est, ita ut sexus femininus Sarae masculino Abrahami respondeat. Hanc rem vult etiam nomen מַקֶּבֶת, ad בּוֹר appositum, quod ductum a stirpe נקב spectat ad nomen נְקֵבָה, et quo nomen בּוֹר, generis masculini, in femininum genus mutatur, quo magis contra masculinum צוּר stet. Atque hoc loco altera imago, quam supra commemoravi, petitur, in qua uxor comparatur puteo metalla comprehendenti; quod significatur verbo נקר (נֻקַּרְתֶּם). Hoc modo etiam Delitzsch l. c. interpretatur: „Enger an der Naturseite des Bildes haftet Jes. 51, 1, wonach das Weib wie ein Schacht ist und die Kinder wie daraus losgesprengtes und zu Tage gefördertes Erz.“ Si autem constat hanc

1) Das salomon. Spruchbuch. 1873. p. 98.

alteram partem primi versus figurate loqui de origine populi Israelitici, prior quoque pars eiusdem versus hoc modo interpretandus est, in qua Abrahamus nominatur צוּר, saxum. Est re vera similis imago, cum sermo sit de saxo, ex quo singuli lapides, i. e. singula membra populi exculpuntur (חֻצַּבְתֶּם). Deinde in altero versu, quod in primo figurate dictum est, sine figura et imagine exprimitur eo modo, ut Abrahamus pater, Sara mater populi dicatur. Concinit huic interpretationi Delitzsch his verbis [1]): „Abraham ist der Fels, daraus die Steine gehauen sind, aus denen das Haus Jakobs zusammen gefügt ist, und Sara mit ihrem Mutterschosse die Höhlung der Grube, aus der Israel ans Licht gefördert ist, wie man etwa Torf aus einer Grube lossticht oder Erz aus einem Schacht lossprengt: die Ehe beider war lange unfruchtbar, es war gleichsam hartes Gestein, aus dem sich Gott in Abraham und Sara Kinder erweckte.“

Quare his verbis Jes. 51, 1—2 minime comprobatur id, quod Dozy putat: Abrahamum saxum, Saram speluncam saxum continentem esse.

Quae opinio si falsa est, altera quoque reicienda videtur, hoc saxum Abrahamum ut deum seu numen cultum esse. Verba Dt. 32, 18 scripta omnino non ad Abrahamum pertinent. צוּר hoc loco aliisque locis deum quidem, Iehovam significare constat. Sed nomina propria hoc dei nomine composita in lapidum saxorumque cultum spectare, ut Dozy vult, non est credendum neque demonstrari potest. Nam posterioribus quoque temporibus saepius deus poetice hoc nomine appellabatur (2. Sam. 23, 3. Jes. 23, 29), saepius etiam in psalmis hoc nomine deus vocatur: 18, 3. 27, 5. 28, 1. 31, 3. 42, 10. 71, 3. Ac ne credas, hanc esse recordationem cultus lapidum, in ipso Mosis

---

1) Der Prophet Jesaias. 2. edit. p. 515.

carmine, ex quo etiam hic locus a Dozy allatus est, sexties deus hoc nomine appellatur: v. 4, 15, 18, 30, 31, 37. Mosem autem lapides coluisse vix credas! Itaque non dubitandum est, quin illud nomen dei non pertineat ad lapidum saxorumque cultum; minime vero ex eo Abrahamum ut lapidis numen cultum esse demonstrari potest. Quare reprobanda est illa sententia, quam Dozy attullit.

Hac adhuc disputatione demonstrasse mihi videor, e nomine Abrahami non consequi eum antiquissimis temporibus numen Hebraeorum fuisse. Restat, ut comprobem nusquam in V. T. libris clarius aut obscurius Abrahamum ut deum sive numen cultum esse.

Semel atque iterum hoc quidem conceditur numquam Iehovam solum cultum esse in populo Israelitico, sed praeter eum a multis alios deos. Quo magis autem hoc ita fuisse concedimus et aliquo modo falsorum deorum cultum in populo Israelitico semper fuisse dicimus, quo saepius in V. T. libris hi falsi dei, quos colebant, commemorati sunt, eo magis hoc dicendum est Abrahamum numquam inter eos numeratum esse, seu inter hos falsos deos fuisse. Numquam hic eiusque prognati tali modo citantur, quo alii dei; numquam de eo aliquid dicitur, quod non cadat in hominem. Graeci et ceterae gentes, quarum heroes commemorantur, hos plerumque ex connubio dei vel deae cum homine ortos esse narrant. Nihil eiusmodi, quod attinet ad Abrahamum, inveniri potest: secundum traditionem omnibus locis scripturae sacrae congruentem ille vere homo a parentibus humanis et mortalibus ipse mortalis natus est.

At afferuntur loci, in quibus obscure de Abrahami tamquam dei cultu sermo sit. Citavimus iam supra Jes. 51, 1—2 et Dt. 32, 18 atque eos locos non pertinere ad cultum Abrahami tamquam numinis demonstravimus. Restat, ut brevius loquamur de eo, quod Jes. 63, 16 legimus.

Haec sunt ista verba: כִּי־אַתָּה אָבִינוּ כִּי אַבְרָהָם לֹא יְדָעָנוּ וְיִשְׂרָאֵל לֹא יַכִּירָנוּ אַתָּה יְהוָה אָבִינוּ גֹּאֲלֵנוּ מֵעוֹלָם שְׁמֶךָ׃ Sed ne his quidem verbis sententiam aliorum rectam esse consequitur. In hoc enim capite a septimo versu populus petit, ut deus ipsum adiuvet et liberet exilio. Propheta, populi patronus, admonet deum de omnibus rebus, quas ille pro populo suo gessit, neque tacet de inoboedientia populi. Attamen nunc tanto in labore iterum deum adit, quia hic unus servare potest ex omni periculo. „Tu, ita ait, tu es pater noster, nam Abrahamus nos non cognovit et Israel nos non noscit, — tu, Iehova, es pater noster, redemptor noster ex antiquissimis temporibus nomen tuum est“ Nemo, ne ipse auctor quidem populi adiuvare, servare, redimere potest, nisi unus solus deus. Hoc modo Delitzsch quoque hunc locum interpretatur dicens[1]): „Auch die teuersten und ehrwürdigsten Menschen, des Volkes Ahnen, können ihm nicht helfen, Abraham und Jakob-Israel sind dem Diesseits entrückt und ausser Stande, selbständig in die Geschichte ihres Volkes einzugreifen.“ Haec re vera est sententia huius loci, minime Abrahamus hoc loco veluti numen commemoratur. Sed iuxta Iehovam, qui mirabili modo huic populo vitam dedit (hoc spectat cum in mirabilem ortum filii Abrahami, tum in mirabilem exitum populi ex Aegypto) itaque optimo iure pater populi appellabatur, — iuxta Iehovam Abrahamus commemoratur, quia ab eo populus ortus est naturaliter, quia ipse naturalis pater, auctor est populi Israelitici. Hic populum adiuvare non potest, quia iam diu mortuus erat, sed hoc solus deus potest.

Quae cum ita sint, Abrahamum usquam cultum esse non demonstrari videtur posse; contra scriptura sacra hanc sententiam vehementer respuit.

---

1) Der Prophet Iesaias. 2. Editio. p. 643.

Omnia igitur, quae adhuc alii opposuerunt, nos impedire non possunt, quominus Abrahamum re vera fuisse dicamus. Veniamus igitur nunc ad tractandam sententiam eorum, qui Abrahami eiusque prognatorum nomina ab hominibus ficta esse dicunt seu rei publicae, seu religionis causa.

II.

Abrahamus num sit fictus qualibet causa.

Bernstein quoque negat Abrahamum antiquissimis temporibus ut deum cultum esse; attamen eum omnino non fuisse, sed omnia, quae de eo tradita sint, ficta esse dicit. Hoc spectans in libro supra citato „Ursprung der Sagen von Abraham, Isaac und Jakob“ haec facit verba (p. 1): „Die Schilderungen des Lebens und Wirkens von Urvätern in grauer Vergangenheit haben ihren Wert nur in der Enthüllung der Tendenzen, aus welchen diese Schilderungen entsprungen sind.“ „Sie lichten das Dunkel der Urzeiten nicht, von welchen sie erzählen, aber sie werfen immerhin ein interessantes Licht auf die Zeiten, in welchen sie gedichtet und niedergeschrieben wurden.“

Ac primum quidem disputat de nominibus patriarcharum. Quod אַבְרָם patriarchae quidem nomen, infantis vero non esse dicit, conferas, quae supra contra hanc sententiam diximus. Quod Bernstein deinde dicit: „Da der Name Abram oder Abraham ungebräuchlich ist, so muss man wohl schliessen, dass, selbst wenn der Patriarch, wie ihn das 1. Buch Mosis schildert, jemals existiert hat, er doch bei Lebzeiten diesen Namen nicht wird geführt haben“, — interrogandum est, num Moses quoque et Aaron, quorum nomina horum ipsorum tantum nomina in V. T. libris nobis obviam fiunt, et quos re vera fuisse ipse Bernstein concedit, haec nomina postea

qualibet fictione acceperint? Accedit, quod nomen patriarchae secundum eam interpretationem, quam nos verisimillimam esse supra demonstravimus, non ita inusitatum erat, sed plures hoc nomine appellabantur.

Deinde Bernstein dicit memoriae proditum esse Abrahamum plerumque apud Hebron habitasse, Isaacum apud Beersaba, Iacobum compluribus quidem locis, sed saepissime apud Bethel; Abrahamum ergo eo loco fuisse, qui postea fuerit ex regno iudaico, Iacobum eo loco, qui postea fuerit ex regno israelitico, Isaacum denique in iis regionibus habitasse, quae in meridiem spectabant. In his singulorum patriarcharum sedibus fabulas de singulis ortas esse contendit. Traditionem de Isaaco primam fuisse putat, quia sedes eius, Beersaba, in extremis desertis illis locis sita summam vim habuerit ad hanc fabulam fingendam. „Die Furcht, das Entsetzen vor der Wüste, und die Freude, das Lachen, wenn man nach dem Wüstenzug wieder die bewohnten Stätten in Beer-Scheba betrat, mag wohl durch einen Gott und einen schützenden Heiligen recht treffend symbolisiert worden sein“ (p. 16). Spectat his verbis non solum Isaacum, sed etiam nomen illud פַּחַד (Gen. 31, 42. 53). Sed hoc nomen idem significare atque deum et Iehovam et omnino non alium quendam deum seu sanctum luce clarius est legenti, quod ibi scriptum est; Gen. 31, 42: לוּלֵי אֱלֹהֵי אָבִי אֱלֹהֵי אַבְרָהָם וּפַחַד יִצְחָק הָיָה לִי:, v. 53: וַיִּשָּׁבַע יַעֲקֹב בְּפַחַד אָבִיו יִצְחָק. Idem deus patris a Iacobo ibi nominatur timor sive terror, i. e. graece *σέβας, σέβασμα*, quia cum timore, cum verecundia homines eum colunt eique appropinquare solent (cf. Keil, Genesis[3] p. 252: „der von Isaac Gefürchtete, mit heiliger Scheu Verehrte“).

Deinceps de Abrahamo et Isaaco Bernstein haec dicit (p. 20): „Isaac verhält sich zu Abraham, wie der Lokalpatron eines kleinen Kantons zum Nationalpatron

eines Staates, der sich an die Spitze eines Königreiches stellt.“ „Und in der That ist die Geburt der Sage von Abraham nicht älter, sondern jünger, als das judäische Königtum.“ Hoc ut demonstret, in memoriam revocat, quod Hebron et Abrahami et Davidis regis sedes fuerit. Vaticinium Gen. 15, 18 scriptum: לְזַרְעֲךָ נָתַתִּי אֶת־הָאָרֶץ הַזֹּאת מִנְּהַר מִצְרַיִם עַד־הַנָּהָר הַגָּדֹל נְהַר־פְּרָת, vaticinium post eventum esse dicit neque prius dici potuisse, quam David audacter ea bella gesserit, quibus imperii fines usque eo propagaverit. Sed hoc vaticinium, cum grammatica illam sententiam non postulet (ad נָתַתִּי cf. Gesen.-Kautzsch. Hebr. Grammatik. § 106. 3a), vaticinium post eventum esse non est credendum, simodo conceditur fuisse re vera vaticinia res futuras praedicentia. Aliud argumentum sententiae suae sumit Bernstein ex bello Gen. 14 descripto. Hanc victoriam talem esse, quales David rex saepius reportaverit; sed hanc coniecturam non accipimus, repugnant huic sententiae ea quoque, quae postea de bello Gen. 14 tradito commemorabimus.

Quare minime placet Abrahamum rei publicae causa ad imperium Davidis muniendum fictum esse; certissime constat argumenta interpretatione historica seu philologica seu etymologica afferri non posse. Sed eam sententiam veram non esse facile ex eo quoque intellegitur, quod de Iacobo dicit, quem a Ierobeamo, rege imperii septentrionalis, post Salomonem mortuum fictum esse putat. „Man braucht sich nur, ait Bernstein, zu vergegenwärtigen, welche Rolle Beth-El in der Losreissung der israelitischen Stämme vom davidischen Königtum spielte, um sofort zu erkennen, dass der Patriarch Israel-Jakob nur zur Verherrlichung Bethels erfunden worden ist, um im Volksmunde diesen neuen Cultusort mit einem Strahlenglanz zu umgeben, der ihm die Concurrenz mit Jerusalem möglich machte“ (p. 32). „Dem Davidischen

Patriarchen wird nach der Spaltung des Reichs ein Jerobeamscher entgegen gestellt, der jenen ebenso verdrängen, wie Bethel das alte Hebron und Jerusalem überflügeln soll" (p. 34). Hac ratione ductus Bernstein deinde traditionem patriarcharum explicat et omnibus locis res fictas invenit. Quod Iacobus in Sichem atque Pniel fuit eo interpretatur, quod Sichem erat primum caput Ierobeami ut Hebron prima sedes Davidis, et quod Pniel prima arx a Ierabeamo aedificata erat. „Die Sage lässt den Patriarchen (i. e. Jacobum) dort erscheinen, wo die Historie die Gegner Davids und den König Jerobeam im Glanze zeigt." Gen. 34, quod ille nominat „ein Kunststück Jerobeam'scher Tendenz", scriptum esse ad maioribus Iosephi fratribus maledicendum. De Gen. 38 haec dicit (p. 53): „Das Bild, welches diese Schmähschrift von Jehudah entwirft, trifft recht schneidend David selber"; hac opinione ductus omnia ibi scripta in Davidem regem commentari studet. Kanaaniticam feminam בַּת־שׁוּעַ, quam Iuda in matrimonium duxit, mutatam esse ex Hethitica בַּת־שֶׁבַע, Uriae illius uxore. Primum filium Iudae et Bath-Schuae, עֵר, qui moriebatur, eundem esse atque primum filium Davidis, quem e Bathseba genuit; nomen eius per transmutationem litterarum fictum esse ex רַע, i. e. „malus" ad significandam mortis causam. אוֹנָן illum, qui noluit Thamarem in matrimonium ducere, eundem esse atque אַמְנוֹן, filium Davidis, qui incestum illud commisit cum sorore sua; nurum Iudae, nomine Thamar, eandem esse atque sororem Absalomi eiusdem nominis. Selam denique, שֵׁלָה, qui solus ex filiis illis Iudae non sceleris alicuius causa moriebatur, mutatum atque fictum esse omissa una littera מ ex Salomone, שְׁלֹמֹה. Rubenum denique, qui adulterium commisit cum Bilha, paelice Iacobi, fictum esse ex Absolomo, qui concubuit cum paelicibus patris sui. Bernstein concludit dispu-

tationem his verbis (p. 54): „Wir haben also ein Jerobeam'sches Produkt voll Gift und Galle gegen Rehabeam vor uns." Re vera omnia hac de causa ficta atque scripta esse, ex eo quoque effici dicit, quod tantorum incestorum narratio interposita sit in medias historias narrantes de Iosepho, homine castissimo.

Haec est ea sententia de patriarchis, quam Bernstein libro suo verisimillimam esse contendit. Sed tale aliquid fingere, singulare atque unicum esset! Totam igitur hanc disputationem probare non possumus, sed sagacitatem illius ad spinosas ratiunculas processisse dicimus. Nonne saepius talia incesta fieri possunt, qualia in Iacobi familia et postea in Davidis familia facta esse traduntur? Num eadem esse omnino oportet? An eadem esse oportere gravissimis argumentis comprobari potest? Minime! Omnia argumenta ibi illata spectant distortionem litterarum seu omissionem seu interpolationem. Quod Bernstein de nominibus disputat, עֵר ortum esse e בֶּרַע, אוֹנָן idem esse atque אַמְנוֹן, שֵׁלָה idem esse atque שְׁלֹמֹה, — haec non sunt argumenta, sed nugae, ineptiae, non idoneae ad comprobandum id, quod propositum est. Ergo nihil est, quod eam sententiam probemus. Nöldeke quoque, qui ipse quidem de nominibus Gen. 14 commemoratis similia dicit, se in negando quidem cum auctore consentire concedit, in iis vero, quae ipse proponat, dissentire, nec unicus praeter ipsum mihi occurrit, qui huius sententiae particeps esset. Impugnat etiam Delitzsch hanc sententiam dicens (Genesis[4]. p. 278): „Die Patriarchengeschichte ist also die Vorgeschichte Israels, nicht, wie Bernstein in seiner Schrift: ‚Ursprung der Sagen von Abraham, Isaak und Jakob' als neuen kritischen Fund vorträgt, ein zur Rechtfertigung und Verherrlichung des judäischen (Abraham) und ephraimitischen Königtums (Jakob) entstandener politisch tendenziöser Sagenkreis."

Quam ob rem repudiamus omnino hanc, quam Bernstein profert opinionem.

Alio trahitur Meinhold, qui ipse quoque Abrahamum posterioribus temporibus fictum esse dicit. Ille autem non profert causam civilem, sed religiosam. In libello, qui inscribitur „Wider den Kleinglauben“ haec facit verba (p. 23): „Das, was erst das Resultat einer langen geschichtlichen Entwicklung ist, wird wie so oft als schon von vorne herein beabsichtigtes göttliches Ziel hingestellt. Die Patriarchen sind weiter nichts als das Ideal-Israel, ihr Verhältnis zu Jahve eine Abspiegelung des zwischen Jahve und seinem Volk in der besten Zeit (800) bestehenden Verkehrs.“ Qua de causa ad hunc finem venit (p. 25): „Für einen geschichtlichen Aufriss der Anfänge von Israels Religion und Geschichte fällt die Patriarchenzeit und was wir von ihr hören, vollkommen fort.“ Similiter in altero libello „Jesus und das A. T.“ haec dicit: „Es liegt also nach allem bisher Bemerkten so, dass das, was uns an der Urgeschichte wertvoll ist, die religiösen Gedanken, aus dem von Moses an sich entfaltenden Prophetismus herkommen; dass die Urgeschichte auf dem Prophetismus ruht, nicht der Prophetismus auf der Urgeschichte..... Ebenso verhält es sich mit der Patriarchengeschichte.“ Eadem dicit p. 132: „Und auch so (si quid veri in Abrahami persona esset) kommt man noch nicht dazu, den Abraham, den wir kennen, den Vater des Glaubens zu einer geschichtlichen Gestalt zu machen. Er ist auf alle Fälle eine Figur des Prophetismus.“ Idem atque Meinhold hoc loco dicit, R. Smend quoque contendit[1]): „Die Erzvätergeschichte ist nur ein ideales Vorspiel der Geschichte Israels, und der Verkehr Jahves mit den

1) Alt-testl. Religionsgesch. p. 95.

Erzvätern ist nur ein Ausdruck des Glaubens, dass seine Gnade schon über den ersten Anfängen Israels waltete."

Concedendum primum quidem est multa in historia patriarcharum tradita eiusmodi esse, ut nescio quo modo posteri et res ab iis gestae iam in primis parentibus inesse videantur. Sed haec ficta et a recentioribus in antiquissima tempora translata esse comprobari non potest, sed e contrario e radicibus in patriarchis eorumque filiis positis res postea ab eorum prognatis gestae ortae sunt. Spectamus his verbis id, quod Delitzsch sentit dicens[1]): „Die Geschichte ist typisch in sich selber, aber ihre Typik ist eine unbewusste. . . . . Wie aus den Gesichts- und Charakterzügen der Eltern und Grosseltern die Eigentümlichkeit des Kindes heraus zu lesen ist, so bildet der Charakter und das Familienleben der Patriarchen den Charakter und das Volksleben Israels vor. . . . Dass es so ist, ist nicht Wirkung reflectierender Sage, sondern gottgefügten Zusammenhangs, kraft dessen sich die Volksgeschichte Israels an die Familiengeschichte der Patriarchen anschliesst, wie sich die weiteren äusseren Jahrringe eines Baumstammes um die engeren inneren schichten." Haec sententia rectissima esse videtur; qua de causa refutamus, quae Kittel de hac re dicit (l. c. p. 153 cf. Meinhold: Jesus und das A. T. p. 120): „Ebenso ist nicht zu bestreiten, dass vielfach in die Erzählung der Genesis das Leben und Denken einer späteren Zeit eingewoben ist. Esau's und Ismael's Charakter zeigen offenkundig die Züge des Wesens der von ihnen abgeleiteten Völker: der wilde Wüstensohn Ismael ist sichtlich der Typus der Beduinen der arabischen Wüste,

1) Commentar zur Genesis[4] p. 330 sq.

der rauhe Jäger Esau, den Jakob überlistet und um die Erstgeburt bringt, das Urbild der vor Israel zu selbständigem Volkstum erwachsenen, aber bald von ihm überflügelten und unterworfenen Edomiter.“ Nemo negabit, quin hoc loco rectissime ille loquatur de duobus fratribus et de gentibus ex iis prognatis; sed minime demonstrat hoc esse scriptum secundum temporis recentioris naturam et ex eo retro translatum in antiquissima tempora; immo ex primorum parentum natura re vera posterorum natura secuta est.

Reprobanda est etiam ea sententia, quam Ewald statuit (Gesch. des Volkes Israel bis Christus. 1843. p. 315 sqq. 1864. p. 418 sqq.). Contendit ille, quia, quod narratum est de tribus patriarchis, narratum est secundum modum historiae familiae, vitam patriarcharum, quos re vera fuisse dicit, secundum certum consilium fictione formatam esse ad duodecim exempla piorum familiae membrorum. Tres patriarchas exempla esse patrum, veluti in Homeri carmine Agamemnomem, Achillem, Ulixem, seu in Vergilii carmine Anchisem, Aeneam, Ascanium. Saram et Hagarem exempla esse castae matris familiae. „So wie Sarah ihr Vorbild, hoffte jede sittsame Frau in Zeiten, wo lüsterne Hände leicht sehr weit greifen konnten, mit Ehren zu bestehen; und insofern wird man gegen die geschichtliche Bedeutung auch dieser Erzählung nichts einwenden können.“ Isaacum deinde exemplum infantis esse, Isaacum et Rebeccam exempla sponsorum atque piorum maritorum, Leam et Rahelem exempla duarum uxorum in uno matrimonio, Deboram exemplum nutricis heroum, Eliesrum denique exemplum servi fidelis atque fidi procuratoris esse.

Dubium non est, quin nonnullis, forsitan omnibus posteri exemplis usi sint; sed haec sententia nullo modo comprobari potest, eos tantummodo a recentioribus tam-

quam exemplaria vivendi fictos esse; potius id eo ipso sequitur ex rerum narratarum materia[1]). „Dass die zwölf Beziehungen häuslichen Lebens zur Darstellung kommen, ist die unwillkürliche Selbstfolge des familiengeschichtlichen Erzählungsstoffes.“ „Die schlichten Familienerlebnisse werden, indem die Geschichte sich erweitert, als Vorbilder des Künftigen offenbar.“ Non per artem ficta ea esse, vel ex eo intellegitur, quod de Debora nihil narratur, quod idoneum sit ad imitandum; deinde ex eo, quod quae agebantur inter duas Iacobi uxores, minime imitanda sunt, quia plerumque discordes erant. Repudiamus ergo hanc sententiam, quam Ewald pronuntiavit.

Sed redeamus ad rem et ad ea, quae Meinhold dixit. Concessimus nos quidem multa in vita Abrahami reliquorumque patriarcharum valde idonea fuisse, quae posteri imitarentur. Attamen etiam multa, quae eodem modo referuntur, non imitanda sive exemplo esse potuerunt. Ex his rebus autem consequitur Abrahamum reliquosque patriarchas non eos esse, quos Meinhold sentit hoc verbo „Idealisrael“ et Smend his verbis „ideales Vorspiel der Geschichte Israels“. Liceat argumenta afferre.

Ac primum quidem uxorem Abrahami, Saram, sororem germanam eius fuisse constat ex eodem patre cum ipso natam. Abrahamus ipse hoc ita se habere dicit Gen 20,12 his verbis: וְגַם־אָמְנָה אֲחֹתִי בַת־אָבִי הִוא אַךְ לֹא בַת־אִמִּי וַתְּהִי לִי לְאִשָּׁה׃. Hoc matrimonium minime ei offensioni erat; postea autem lege vetitum est hominem sororem suam in matrimonium ducere, atque incestum aestimabatur; cf. Dt. 27, 22. Lev. 18, 9. 11. 20, 17. Satis bene ex his locis intellegitur talia matrimonia hominis cum sorore sua in populo Israelitico valde odiosa fuisse et omnibus

1) Delitzsch: Genesis³. p. 330.

displicuisse. Hoc igitur Abrahami coniugium posteris exemplo, quod imitarentur, esse non potuit, neque ad id pertinere potest, quod Meinhold vocat „Idealisrael“. Si ficta esset Abrahami persona, ut esset pro virili parte id, quod Smend vult, certissime prophetae fingentes hoc sibi valde odiosum matrimonium non finxissent, et si traditionem eiusmodi reperissent, certissime hunc locum silentio praetermisissent, ne cui displiceret. Quodsi commemoratum atque traditum est, et Abrahamus ipse id bis affert, id non aliter nisi hoc modo probabiliter explanari potest: fuisse re vera hoc matrimonium, fuisse ergo Abrahamum et Saram.

Deinde hoc quoque causa religionis fictum esse non potest, quod legimus Gen. 12, 1 ff. Ibi Abrahamus timens, ne Aegypti propter Saram pulchram ipsum interficiant, uxori dicit: אִמְרִי־נָא אֲחֹתִי אָתְּ לְמַעַן יִיטַב־לִי בַעֲבוּרֵךְ וְחָיְתָה נַפְשִׁי בִּגְלָלֵךְ׃. Item apud regem Geraris, cuius nomen Abimelech, negat Saram esse uxorem suam, tantum sororem suam esse dicens (Gen. 20, 2. 5) atque postea se excusans haec verba addit (v. 13): וַיְהִי כַּאֲשֶׁר הִתְעוּ אֹתִי אֱלֹהִים מִבֵּית אָבִי וָאֹמַר לָהּ זֶה חַסְדֵּךְ אֲשֶׁר תַּעֲשִׂי עִמָּדִי אֶל כָּל־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר נָבוֹא שָׁמָּה אִמְרִי־לִי אָחִי הוּא׃. Et Abrahami filius Isaacus, quem alii etiam fictum esse dicunt, eadem facit atque antea pater. Cum esset eodem loco, quo Abrahamus antea fuerat, apud regem Geraris, quem eundem fuisse atque supra commemoratum nescio an possit probari, de uxore sua Rebecca dixit, ut Gen. 26, 7 scriptum est: אֲחֹתִי הִוא כִּי יָרֵא לֵאמֹר אִשְׁתִּי פֶּן־יַהַרְגֻנִי אַנְשֵׁי הַמָּקוֹם עַל־רִבְקָה כִּי־טוֹבַת מַרְאֶה הִוא׃ [1]). His verbis, quae et Abrahamus

---

1) Traditione, qualis nunc est, narratur bis hoc Abrahamum locutum esse, et apud regem Aegypti et apud regem Geraris, itemque Isaacum re vera eodem modo mortis periculum effugere studuisse. Nostris temporibus autem multi ter eandem rem

et Isaacus locuti sunt, et quae Sara et Rebecca uxores concesserunt, non honeste mortis periculum timentes id effugere studuerunt. Castitatem, pudicitiam atque honorem uxorum, deo diffidentes alienis praedae dediderunt, et uxores maritis oboedientes sese prostituissent, nisi deus prohibuisset. Magnum vitium sine dubio commiserunt atque in hoc vitium irruerunt eo, quod verebantur, ne

---

variis traditionibus narratam esse contendunt. Cuius sententiae, ut exemplum afferam, Meinhold est, qui de ea re his verbis disserit (Wider den Kleinglauben p. 15): „Nachdem er (Abraham) Cenaan von Nord nach Süd als Nomade durchzogen, zwingt ihn eine Hungersnot, nach Egypten zu fliehen, wo er durch eine Lüge (sic!) Sarah in des Pharao Harem bringt (K. 12). Nein, das ist nicht Egypten, sondern das Gebiet des Negeb (des späteren Philistäa) sagt K. 20, und nicht Pharao, sondern Abimelech ist der betreffende Herrscher; auch hat Abram nicht ganz gelogen, Sarah ist seine Halbschwester. Doch halt, das ist überhaupt nicht Abram und Sarah gewesen, sondern Isaak und Rebekka, denen bei Abimelech diese Sache passiert ist (K. 26). Auch ist Abimelech nicht im Traum oder durch Krankheit (wie K. 20) auf die Gefahr aufmerksam gemacht worden, sondern Abimelech sieht zufällig aus einer Liebkosung des Ehepaares, dass Isaak und Rebekka Mann und Frau sind.“ Hanc rerum descriptionem omnino reprobamus, praesertim cum ipse Meinhold argumentum ad demonstrandam suam sententiam afferre minime possit. Nostro iure igitur contra eum id dicimus, quod ipse dixit: „Mit der Verneinung ist ja noch nichts gethan“ (p. 13). Num verum est hominem peccatum quoddam semel tantum committere? Nonne credibile est, idem saepius ab eo committi, quamvis poenam primi peccati persolverit? Assentitur nobis Köhler (Bibl. Gesch I, 119. adnot. 2), Keil (Genesis³ p. 202 sq.); Delitzsch autem rem in dubio relinquit (Neuer Commentar etc. p. 312). Reliquum est ut animum in id advertamus, quod Meinhold in ipsis his verbis supra citatis Abrahamum mentitum esse concedit, quam rem non cum eo congruere constat, quod ille nominat „Idealisrael“.

omnino verum dicerent. Hoc autem id spectare non potest, quod Meinhold appellat „Idealisrael“. Iterum igitur ex eo, quod tantum vitium sine ulla dubitatione narratur atque iterum narratur, certissime sequitur non esse fictam hanc rem ex causa religiosa supra commemorata. Si finxissent eo consilio prophetae Abrahamum reliquosque patriarchas, sine dubio hoc vitium non finxissent, sed si eius tradito iam fuisset, eam certissime silentio praetermisissent sive ei contradixissent.

Tertium id commemorare mihi liceat, quod fides Abrahami non semper fuit sine dubitatione. Ut exemplo utar extra peccatum, quod supra citavi, cuius causa principalis impietas erat, affero, quod Gen. 17, 17 scriptum est. Hoc loco deus Abrahamo filium promittit; Abrahamum autem dubitantem hunc nuntium accepisse ex eo intellegitur, quod deinde legimus: וַיִּפֹּל אַבְרָהָם עַל־פָּנָיו וַיִּצְחָק
וַיֹּאמֶר בְּלִבּוֹ הַלְּבֶן מֵאָה־שָׁנָה יִוָּלֵד וְאִם־שָׂרָה הֲבַת־תִּשְׁעִים שָׁנָה תֵּלֵד׃
Si autem prophetae religionis rationibus, sicut supra commemoravi, finxissent Abrahamum, minime hoc eos scripsisse neminem esse, quin dicat, puto.

Denique commemoro, quod Jacobus patriarcha, quem Meinhold cum Abrahamo et Isaaco ex eadem causa fictum esse dicit, gessit, cum fratrem suum Esaum decipiens Rebecca matre adiuvante benedictionem atque dei favorem a patre benedicente furto abigeret, atque quae postea fecit, cum versaretur in Mesopotamia apud socerum suum Labanum augens gregem suum a socero concessum. Haec fraus et multa alia, quae postea in Jacobi familia facta sunt, — exempli causa affero adulterium, quod Rubenus filius cum Bilha, paelice patris, adulterium, quod Juda cum nuro sua Thamare commisit, caedem, qua magno cum dolo Simeon et Levi Sichemitas affecerunt, invidiam fratrum, qua Josephum persecuti sunt atque in Aegyptum vendiderunt, — omnia haec non ad id pertinere

posse, quod Meinhold et Smend volunt, nemo est, quin intellegat. Nam haec omnia non sunt imitanda.

Quae cum ita sint, hae patriarcharum personae, imprimis Abrahami persona ne ea quidem causa, quam Meinhold affert, fingi potuerunt. Si autem Abrahamus et reliqui patriarchae re vera vixerunt, etiam haec vitia, quae de eis nobis tradita sunt, re vera facta sine ulla dubitatione accipimus. Demonstratur nobis ex iis patriarchas, quamvis fuerint homines a deo benedicti et fideles, quamvis plurimis in rebus exemplo sint, quod cum Israelitis tum nobis imitandum est, tamen fuisse homines peccatores, omnino non homines sanctos. Si autem omnia ficta essent, haec vitia causae fictionis a Meinhold allatae omnino contradicerent. Concinit nostrae sententiae Köhler, qui Abrahamum personam historicam et traditioni de eo dicit eo magis credendum esse, „je weniger sie den Erwartungen von einer Idealgestalt entspricht, oder sich als Rückwärtsprojektierung späterer Zeiten erweisen lässt“ (PRE.[3]).

Sed aliud argumentum Meinhold profert ad demonstrandam suam sententiam fictos esse patriarchas, his verbis (Jesus und das AT. p. 126): „Ich habe gesagt, dass die Anschauung, Kanaan sei das Land Gottes, sich erst nach der Eroberung Kanaans durch Josua entwickelt habe, vorher sah man im Sinai die eigentliche Anbetungsstätte. Daraus aber, dass die Patriarchengeschichte gerade die Besitznahme dieses Gotteslandes Kanaan durch Israel in seinen Vorfahren darstellen wolle, zeige sich die spätere Bildung der ganzen Sagen.“ Dicit igitur ille Abrahamum ab Israelitis recentioris temporis fictum esse eo consilio, ut haberent Israelitae, quare terram Kanaanitarum iam ex antiquissimis temporibus suam esse vindicarent. Nöldeke quoque refutans Abrahamum personam

historicam esse, priusquam disserit, quid ipse de eo sentiat, haec facit verba (l. c. p. 506 sq.): „Dazu kommt, dass der eigentliche Kernpunkt unserer Berichte über die Patriarchen, ihr Aufenthalt in Palästina und das damit zusammen hängende Versprechen Gottes, dass ihre Nachkommen ebenda wohnen sollen, in hohem Grade bedenklich ist. Den Israeliten genügte das historische Recht der Eroberung Kanaans durch das Schwert und die Arbeit nicht, sie verlangten, wie wir schon oben andeuteten, noch andere Rechtsgründe, und so mussten denn nach ihrer Anschauung die Väter schon da gelebt und Eigentum erworben haben. Vollends notwendig war diese Auffassung für den religiösen Pragmatismus der Erzähler: einen historischen Wert kann sie so wenig beanspruchen, wie der Glaube der Dorier, dass die Eroberung des Peloponnes nur eine Wiedereinsetzung der sie führenden Heracliden in ihr Erbrecht gewesen wäre. An sich ist es wenig wahrscheinlich, dass die Israeliten vor ihrem Aufenthalt in Egypten in Kanaan angesiedelt gewesen.“ Commemorandum hoc loco etiam est, quod Hitzig idem sentiens de hac re dicit (l. c. p. 51): „In der ganzen Vorgeschichte Israels treten wir, eben weil es Vorgeschichte ist, nirgends auf sicheren historischen Boden; und dass von den Erzählern nicht Feststellung des Geschehenen eigentlich bezweckt wurde, erhellt aus dem Umstande schon, dass ausgesprochener Massen die andere Absicht vorherrscht (Gen. 12, 7. 13, 15. 15, 18. 17, 8. 23 ff.), ein Anrecht Israels auf den Besitz des Landes Kanaan zu begründen. Wie Aeakus, Peleus, Achilles, so reihen sich Abraham, Isaak und Jakob an einander, und über die Geschichtlichkeit der Personen dort und hier wird gleichmässig zu entscheiden sein.“

Longum est hoc loco pluribus verbis disputare falsam esse hanc sententiam, quam Meinhold profert, mon-

tem Sinaiticum secundum V.T. libros verum locum cultus dei fuisse, dei mansionem primum quidem in monte Sinaitico fuisse, et postea eum, postquam Josua Palaestinam expugnaverit, in hac terra habitasse. Ex V.T. traditione, qualis nunc nobis proposita est, concludendum est Israelitas re vera iam primis populi temporibus credidisse unum deum omnia creavisse et esse omnipotentem, Dt. 10,14. 32,39; Ex. 20,11 etc., atque igitur minime vinctum esse loco seu tempore, minime hunc unicum deum, coeli atque terrae creatorem alligatum fuisse in locum quendam singularem (1. Reg. 8,27. 30), seu primum quidem in montem Sinaiticum, seu postea in terram Palaestinam. Semper quidem Israelitae montem Sinaiticum magno honore affecerunt, sed ea de causa eum venerati sunt, quia testis erat foederis, quod deus cum populo icerat, et quia in eo ante omnium oculos deus sese magnificentissime revelaverat. Hoc modo satis explicantur Jud. 5,5 et 1. Reg. 19,8 („Warum ging Elias auf den Horeb? Eben weil dort der Bund zwischen Gott und Israel geschlossen war, den sie jetzt gebrochen hatten: der Ort war Zeuge des Bundes.“ Greve: Gotthold. 1896. p. 389) [1]. Hanc meam sententiam alienum est longius disserere. Hoc loco agitur de hac re, num historia patriarcharum ficta sit idque eo consilio, ut populus, postquam expugnavit terram Kanaaniticam, habeat, quare iam diu suam esse vindicet. Sed hoc ita se habere non potest! Nullam partem terrae Abrahamus

1) Accedit, quod praeter Eliam permultos saepius in montem Sinaiticum profectos esse precandi causa libri V. T. non tradunt. cf. Köhler: B. G. III, adnot. 2: „Hätte man sich dort den Sitz Jahve's gedacht, so sollte man erwarten, dass er wiederholt als Ziel von Pilgerzügen erwähnt wäre.“ (Cf. etiam: Robertson - v. Orelli: Die alte Religion Israels. 1896. VIII. Die Wohnstätte der Gottheit p. 131 sqq.)

et posteri eius Isaacus et Iacobus possederunt nisi eam partem, quam Abrahamus pecunia emit, ut haberet sepulcrum Sarae et ipsius (Gen. 23). Ceterum ei et filiis eius concessum tantum erat ab incolis, ut habitarent in terra et greges suos pascerent. Increpant, ut exemplo utar, incolae Sodomae Lotum (Gen 19, 9): הָאֶחָד בָּא־לָגוּר וַיִּשְׁפֹּט שָׁפוֹט, atque ipse Abrahamus cum illam particulam terrae ad Saram sepeliendam emat, his verbis interrogat atque petit (23, 4): גֵּר־וְתוֹשָׁב אָנֹכִי עִמָּכֶם תְּנוּ לִי אֲחֻזַּת־קֶבֶר עִמָּכֶם׃ i. e. peregrinus et assidens equidem apud vos etc. Rectissime igitur scriptum est Ebr. 11, 9: *παρῴκησεν εἰς γῆν τῆς ἐπαγγελίας ὡς ἀλλοτρίαν, ἐν σκηναῖς κατοικήσας.* De possessione totius terrae nihil dicitur nisi per vaticinia, quibus Hitzig maxime nititur. Sed haec esse vaticinia post eventa omnino non dicere licet, simodo vaticinia re vera fuisse conceditur. Sin autem historia patriarcharum ficta esset, ut haberet populus causam expugnandi, certe patriarchae et imprimis Abrahamus non significati essent ut peregrini et externi, immo vero ut reges et principes; minime illa tantum particula, haec una tantum spelunca eorum fuisse traditum esset, immo vero tota fere terra. Quae Nöldeke dicit de Heraclidis, Dorium ducibus, non demonstrant, quod ille vult, sed nostram sententiam sustinent. Nam ius hereditarium sese habere dicebant Heraclidae, Israelitae vero minime. Hi tantum iussum dei atque eius vaticinia sequentes Kanaanitarum terram expugnaverunt, humanum quoddam ius nusquam pro se attulerunt. Magna ergo diversitas est inter Dorium atque Israelitarum expugnationem.

Qua de causa hanc quoque sententiam opponentium reprobamus. Concinit nobis König his verbis (Einleitung p. 181): „Ferner lauten die Genesiserzählungen von Abraham nicht so, dass sie mit Recht für Produkte der

Sagenbildung oder gar der Mythusdichtung gehalten werden könnten: er ist ein nomadisierender Herdenbesitzer mit blos geduldetem Aufenthalt in Kanaan, der sich ein Erbbegräbnis ausbitten muss." Kittel quoque illam sententiam refutat dicens (l. c. p. 154): „Hätten die Erzväter nie wirklich in Kena'an geweilt und wäre somit ihr dortiger Aufenthalt wie überhaupt ihre Person durchaus Produkt der Sage: es liesse sich mit Bestimmtheit erwarten, dass die spätere Sage den Anspruch der Hebräer auf das ganze Land nachhaltiger und kräftiger zu begründen gewusst hätte, als es mit dieser nur teilweisen Besitzergreifung durch die Väter der Fall gewesen wäre." Rectissime denique Dillmann quoque de hac re dicit (Genesis⁶. p. 218): „Als blosse Erdichtung zum Zweck der Rechtfertigung der späteren Besitznahme des Landes oder der späteren Herübernahme kenaanäischer Heiligtümer in den israelit. Cult lässt sich der zeitweilige Aufenthalt der Väter in Kenaan nicht erklären: derartige Zwecke konnten in ganz anderer und wirksamerer Weise erreicht werden."

Denique hoc mihi commemorandum atque disputandum videtur, quod Meinhold affert praeter ea, quae supra citavimus, ad demonstrandum Abrahami personam fictam esse. Dicit enim et nomen Abrahami et nomina reliquorum patriarcharum eorumque coniugum esse nomina collectiva ethnographica ad significandas singulas stirpes. Quam sententiam longius his verbis disserit (Wider den Kleinglauben. p. 19 sq.): „Dass Ismael ein Sammelname für die verschiedensten arabischen Völker sei, ist ohne Zweifel. Esau hat auch den Namen Edom (Gen. 25, 30), und Edom ist natürlich Kollectivbezeichnung für die Edomiter und so heisst Esau Gen. 36, 9 wieder der Vater Edoms. Wenn wir aber Edom kollectiv nehmen müssen,

gilt dann nicht von seinem Bruder Jakob dasselbe? Doch sicher. Dazu kommt, dass wir aus Gen. 49 wohl das Gegenteil einer singularischen Fassung beweisen können. Dort finden wir eine Reihe von Sprüchen, welche dem sterbenden Vater Jakob in den Mund gelegt werden; es handelt sich nicht sowohl um Weissagungen, wie es den ersten Anschein hat, als vielmehr um Lob und Tadel, Segen und Fluch, wie er den verschiedenen Stämmen auf Grund ihrer Thaten (die schon gethan sind) ausgesprochen wird. Ruben, Levi, Juda u. s. f. sind nicht Personen, sondern Stämme. ‚In die Versammlung Simeon's und Levi's komme meine Seele nicht' (Gen. 49, 6) — es wäre wunderlich zu meinen, das bedeute: wenn Simeon und Levi sich zusammen finden, will Israel sich nicht als dritter zu ihnen gesellen; vielmehr: wenn Leviten und Simeoniten ihren Kriegsrat zusammen halten, sollen und wollen die Israeliten sich ferne halten, da jene mit Unrecht und Gewalt umgehen. ‚Darum will ich sie verteilen in Jakob und zerstreuen in Israel', schliesst das Wort, welches diesen Stämmen gilt (Gen. 49, 7). Hier ist die singularische Fassung ja vollkommen ausgeschlossen. Was so von Israel gilt, ist auch von Rahel und Lea, wie von den Kebsweibern, ist von Isaak und Abram in gleicher Weise zu behaupten.“ Idem fere quod Meinhold hoc loco profert, iam antea Wellhausen dixerat his verbis (Proleg.[3] p. 331 sq.): „Das Knochengerüst der Erzvätersage bildet bekanntlich die ethnographische Genealogie. Die Leastämme werden mit den Rahelstämmen unter den gemeinsamen Vater Jakob-Israel zusammen gefasst, demnächst das ganze Israel mit dem Volke Edom unter den alten Namen Isaac (Am. 7, 9. 16), weiter Isaak mit Lot, dem Vater von Moab und Ammon, unter Abraham; zusammen werden diese noch verwandten und einst eng verbundenen hebräischen

Völkerschaften in enge Beziehung gesetzt zu den Bewohnern der mesopotamischen Wüste und in scharfen Gegensatz zu den Kanaanitern, in deren Lande sie wohnten. . . . . Hinzu zu fügen ist endlich noch, dass die Form der Genealogie an sich sehr bunten Inhalt aufzunehmen verträgt. In der Patriarchensage wiegt jedoch das ethnographische Element durchaus vor. Nur Abraham ist gewiss kein Volksname, wie Isaak und Lot; er ist überhaupt ziemlich undurchsichtig. Natürlich wird man ihn in diesem Zusammenhange darum doch nicht für eine geschichtliche Person halten dürfen; eher noch könnte er eine freie Schöpfung unwillkürlicher Dichtung sein. Es ist wohl die jüngste Figur in dieser Gesellschaft und wahrscheinlich erst verhältnismässig spät seinem Sohne Isaak vorgesetzt.“

Hic habes sententiam eorum, qui nomina Abrahami reliquorumque patriarcharum nomina collectiva esse volunt. Sed argumenta ab utroque allata gravia non sunt. Ex eo, quod Meinhold dicit de nominibus עֵשָׂו et אֱדוֹם, nihil aliud sequitur quam id, utrumque nomen ad significandum populum Edomiticum adhibitum esse. Hic populus appellatur עֵשָׂו (Obad. 6. Jer. 49, 8. 10), בְּנֵי עֵשָׂו (Dt. 2, 4), בֵּית־עֵשָׂו (Ob. 8), אֱדוֹם (Num. 20, 21. Ob. 1 etc.), בְּנֵי אֱדוֹם (Ps. 137, 7), בַּת אֱדוֹם (Threni 4, 21. 22). Hoc ita esse concedo, sed haec res argumentum non est eius sententiae, etiam eum, qui primus עֵשָׂו seu אֱדוֹם in V. T. libris appellatur, numquam fuisse, ipsius quoque nomen esse nomen collectivum. Nullo modo igitur probamus, quod Meinhold sine ullo argumento dicit: „Edom ist natürlich Kollektivbezeichnung für die Edomiter.“ Non, ut Meinhold vult, quia nomen ethnographicum erat, sed quia re vera per filios prognatosque suos pater atque auctor populi Edomitici factus est, ille Gen. 36, 9 אֲבִי אֱדוֹם nominatur.

Multo minus ex eo, quod de Iacobo dicit et ex Gen. 49 allato Meinhold sententiam suam comprobare potest. Omnino non probandum est eo loco dicta recentiori tempore ficta, non vaticinia rerum futurarum, sed laudes vel vituperationes pro rebus bene vel male gestis esse. Immo vero haec vaticinia sunt ex antiquissimis temporibus, quae nituntur verbis ab ipso patriarcha dictis. Ad hanc sententiam demonstrandam animum vertimus in eam rem, quod stirps a Levi nominata, stirps sacerdotalis hoc loco condemnatur atque punitur, cum postea benedicta sit. Si haec verba recentioribus temporibus ficta essent, de condemnatione huius stirpis nihil, multa atque gravia autem de eius benedictione dicta esse nemo fere est, qui dubitet[1]). Versus sextus, quem Meinhold citat, respicit ad id, quod Gen. 34 narratum est, quo loco duos illos filios Sichemitas interfecisse sororis Dinae ulciscendae causa traditum est (respexerat Iacobus iam antea de Rubeno filio dicens ad id nefas, quod ille commiserat). Quae cum ita sint, haec verba Gen. 49, 6 neque hoc spectant, (quod Meinhold quoque reprobat), „wenn Simeon und Levi sich zusammen finden, will Israel sich nicht als dritter zu ihnen gesellen“, neque hoc, quod ille comprobat, „wenn Leviten und Simeoniten ihren Kriegsrat zusammen halten, sollen und wollen die Israeliten sich fern halten, da jene mit Unrecht und Gewalt umgehen.“ Tantum abest, ut hoc his verbis velit, ut Iacobus semel atque iterum moriens quoque se illius facinoris participem esse omnino neget. Valde

1) Keil, Genesis[3], p. 331: „Aber die von Jakob ihm gedrohte Zerteilung Levi's in Israel wurde durch seine Erwählung zum Priesterstamm in Segen für die übrigen Stämme verwandelt. Von dieser Wendung des Fluchs in Segen findet sich in dem Spruche Jakobs nicht die leiseste Ahnung, worin ein starker Beweis für die Echtheit desselben liegt.“

vituperaverat filios iam statim post illam caedem factam (Gen. 34, 30); idem sentit etiam moriens, quamvis multi anni praeterierint, qua de causa illos filios eorumque prognatos inter reliquos fratres eorumque stirpes dispergi atque dividi vult. Assentiuntur huic nostrae interpretationi Keil (l. c. p. 330 sq.), et Delitzsch dicens ad v. 6 (Neuer Commentar. p. 515): „Wie Jakob schon 34, 30 bittere Klage über Simeon's und Levi's That erhebt, so lehnt er hier sterbend jeden Anteil an derselben ab", ad v. 7: „Der Patriarch lehnt den Anteil an jenem Blutbad feierlich ab" (cf. Köhler: PRE.[3] p. 104). Ergo certe ea interpretatio horum verborum probabilior est, quae illorum nomina re vera personarum, non stirpium nomina collectiva esse dicit; quae autem de stupratione Dinae filiae dicta sunt, non nisi de singulis personis interpretari debemus. Itaque haec quoque sententia, quam Meinhold profert, reicienda est.

De ipso Abrahamo deinde ille nihil demonstrare potest, qua de causa satis habet rem ita esse dicere. Iam antea initio sine ullo argumenti verbo dixerat: „Dass Ismael ein Sammelname für die verschiedensten arabischen Völker sei, ist ohne Zweifel"; eodem modo hanc dissertationem concludit his verbis: „Was so von Israel gilt, ist auch von Rahel und Lea wie den Kebsweibern, ist von Isaac und Abram in gleicher Weise zu behaupten." Sed desunt argumenta, atque quaerenti veritatem haec declaratio satis esse non potest. Nos autem hanc quoque conclusionem reprobamus e contrario nostro iure dicentes: si in Israelem haec interpretatio non cadit, ne in Isaacum quidem aut in Abrahamum cadere potest; si nomina Simonis et aliorum filiorum Iacobi nomina personarum sunt, quod supra demonstravimus, Abrahami quoque nomen singulae personae nomen esse constat; sed postea nonnulla alia argumenta afferamus.

Neque Wellhausen nova profert ad demonstrandam suam sententiam. Reprobat potius ipse quidem suam sententiam quodammodo atque nobis assentitur dicens: „Nur Abraham ist gewiss kein Volksname wie Isaak und Lot.“ Dicit igitur his verbis contra ea, quae Meinhold demonstrare studuit, atque omittit nomen Abrahami ut nomen collectivum ethnographicum interpretari.

Accedit, quod nomen Abrahami non ita adhibitum est ad significandum populum Israeliticum, ut cum nomina reliquorum patriarcharum, tum praecipue nomen Iacobi sive Israelis. Saepissime de Israelitis sermo est his nominibus יַעֲקוֹב et יִשְׂרָאֵל; semel poetice pro gente Israelitica dictum est יִשְׂחָק (Am. 7, 9; v. 16 autem בֵּית יִשְׂחָק); semel tantum poetice quoque nomen אַבְרָהָם hoc sensu interpretamur (Mi. 7, 20). Alibi populus Israelitarum appellatur זֶרַע אַבְרָהָם (Ps. 105, 6. Jes. 41, 8). Ceterum constat, quod Dillmann dicit (Genesis[6] p. 219): „Abraham war nie Stammes- oder Volksname.“

Ergo refutamus omnino sententiam eorum, qui nomina patriarcharum nomina collectiva esse dicunt. Immo vero dicimus hanc sententiam argumentis minime comprobari posse, atque minime ex iis, quae Meinhold et Wellhausen proferunt, consequi Abrahamum re vera numquam fuisse.

Recapitulatio prioris partis.

Quae adhuc in priore parte disseruimus, respexerunt opinionem dicentium Abrahamum non vixisse. Ac primum quidem disputavimus, Abrahamus fueritne numen, ut Nöldeke, Dozy, Goldziher affirmaverunt; sed neque ex nominis forma conclusionem eiusmodi consequi, neque in V. T. libris vestigia inveniri posse demonstravimus, quibus appareret Abrahamum umquam ut deum cultum esse. Deinde Abrahamus fictusne sit qualibet causa disseruimus.

Et iam civilium rerum ratione prioribus imperii divisi temporibus eum fictum esse, ut Bernstein vult, negavimus; item causa religionis, ut Smend et Meinhold volunt, eius nomen fingi non potuisse ostendimus, reprobantes hoc loco etiam sententias a Meinhold et Wellhausen allatas, et alteram, fictam esse Abrahami personam, ut haberent Israelitae causam expugnandae terrae Kanaanitarum, et alteram, fictam esse eam, ut haberent nomen collectivum ethnographicum, quo omnes stirpes continerentur. Omnia igitur, quae adhuc opposuerunt aliter sentientes, minime demonstrant Abrahamum numquam fuisse. Ex omnibus, quae adhuc protulimus, hoc potius consequitur verisimillimum esse traditiones, quas V. T. libri de Abrahamo continent, rectissimas esse. Haec nostra sententia nulla re adhuc concussa est. Iam quoniam adhuc aliorum rationes redarguere studuimus, nunc opera danda est, ut ipsi recta quaedam argumenta proferamus, quibus eum re vera fuisse appareat.

Altera pars.

Dillmann, quid ipse de patriarchis sentiat, postquam numina eos fuisse reprobavit, his verbis declarat: (Genesis[5] p. 215): „Nach der Genesis sind es doch zum mindesten Zusammenfassungen gewisser Bruchteile des hebräischen Volkes, aus welchen sich stufenweise die Israeliten hervor gebildet haben, also ideelle Personennamen.“ Tangit haec sententia alteram a Meinhold et Wellhausen prolatam, de qua supra in fine prioris partis verba fecimus eam rectam esse negantes; qua de causa haec quoque sententia nobis reprobanda est. Sed addit Dillmann l. c. verba quaedam, quibus differt a supra commemoratis. Ait enim: „Selbst dass noch dunkle Erinnerungen an geschichtlich dagewesene Personen sich an sie angeschlossen hätten, ist nicht unmöglich, obgleich natürlich ein Beweis dafür sich nicht führen lässt, da es an ausserbiblischen Zeugnissen fehlt.“ His verbis Dillmann hoc quidem concedit cogitari posse quondam antiquissimis temporibus homines, quorum traditiones in patriarcharum historia, quam dicimus, repositae sint; negat autem fuisse hunc singulum hominem nomine Abrahamum, negat fuisse homines eius filios Isaacum et Iacobum. Atque nititur hoc dicens Dillmann ea re, quod non sint testimonia extra V. T. libros. Magni ponderis re vera haec res est. Nam difficillimum est,

etiamsi omnia, quae nostrae sententiae opponuntur, videntur refutata esse, certis argumentis demonstrare Abrahamum re vera fuisse. Quin hoc fieri non potest, nisi nobis contingit, ut historica interpretatione atque comparatione cum aliis traditionibus demonstremus traditionem in libro Geneseos comprehensam rectissimam esse atque igitur dignam, cui credatur. Ex rebus in libro Geneseos traditis autem maxime eae ad alios populos et hac de causa ad aliorum populorum traditiones pertinent, quae referuntur in capite 14; maxime igitur hae res idoneae erunt ad demonstrandam sententiam nostram, si modo demonstrari potest. Qua de causa in hac altera parte meum est accuratissime disserere atque disputare de iis, quae Gen. 14 referuntur.

Sed priusquam ad hanc rem disputandam accedo, breviter alia res mihi commemoranda est, quod argumentum quidem strictissimum omnino non esse ipse concedo, sed idoneum mihi videtur esse, quod augeat verisimilitudinem atque probabilitatem sententiae nostrae fuisse re vera Abrahamum. Si enim hoc unum dicimus a Mose nihil nisi monotheismum in populo Israelitico creatum esse, attamen hoc non subito neque sine praeparatione seu fundamento quodam, in quo nitebatur, factum esse constat. Immo stirpes et singulae gentes, quas Moses univit, aptae esse debebant ad hunc monotheismum recipiendum. Ergo postulandus est locus intermedius inter polytheismum, quem ii, qui dissentiunt, ponunt, et monotheismum a Mose creatum; nam, si non fuisset hic locus, certissime Israelitae deum Iehovam non accepissent. Abrahamo autem in omnibus V. T. libris maior atque melior quaedam cognitio dei tribuitur, quam fuerat in ipsius prognatis. Iterum iterumque hoc dicitur atque toti V. T. historiae suppositum est, ut singulos locos argumenti causa afferre non oporteat. Rectissime

igitur König dicit[1]): „Trotz der überragenden Grösse Mose's als Vermittlers der Hauptwende des religiös-nationalen Daseins Israels sind doch auch Abraham und Jakob als Anfänger und Vorbilder des höheren individuellen Lebens der israelitischen Nation anerkannt worden.“ Talis locus intermedius invenitur in omni progressu seu religionis seu alîus cuiusvis rei; omnis progressus non est nisi per gradus, non per saltus. Contemplemur historiam ecclesiae christianae. Arius ille non sine ulla praeparatione aliorum doctrinam atque haeresim suam pronunciavit, sed multi erant eius praecursores: controversiae illae monarchianae sunt in medio inter primam ecclesiae doctrinam atque inter Arianam, quam vocant, haeresim. Atque, ut alio utar exemplo, Lutherus ecclesiae reformationem non sine ulla praeparatione aliorum subito suscepit; immo notissimi sunt omnes illi reformationis praecursores. Nostrae sententiae assentiens Dillmann, cuius opinionem de persona Abrahami, quam supra exposuimus, non in omnibus partibus accipimus, haec dicit (l. c. p. 215 sq.): „Eine Hauptsache ist hier, dass die Gründung Mose's sich geschichtlich nicht erklären lässt ohne die Vorstufe eines (wenigstens im Verhälsnis zu dem gewöhnlichen Heidentum) reineren Gottesglaubens, wie er nach der Genesis den Vätern eignete, eine solche höhere Religionsbildung aber fast notwendig persönliche Vermittler oder Träger voraussetzt.“ „Auch die Stadien der Religionsentwicklung sind an herorragende Personen geknüpft.“ „Das Dagewesensein eines oder einiger solcher Männer, mögen sie Abraham oder sonst wie geheissen haben, muss man fast voraussetzen, wenn anders es seine Richtigkeit damit hat, dass Mose an den Gott seiner Väter anknüpfen

1) Zwei a.t. Hauptfragen. Neue kirchl. Zeitschrift. 1896. 2. Heft.

konnte.“ In 6. editione Dillmann haec quidem verba silentio praetermittit, attamen dicit (p. 219): „Sicher ist doch, dass sämmtliche Erzähler die Herausbildung des Volkes Israel und seiner religiösen Eigentümlichkeit auf ihn (Abraham) als Anfänger und ersten Begründer zurückführen“ Ewald quoque in hanc sententiam inclinans dicit[1]): „Wir können mit Sicherheit glauben, die Religion der Erzväter sei wie der Mosaismus monotheistisch gewesen, weil sie irgend etwas enthalten musste, was sich im Mosaismus nur weiter entfaltet fortsetzte.“

At nostris temporibus ne monotheismum quidem a Mose creatum esse opponentes dicunt, sed primordia tantum religionis Israeliticae. Nuper Meinhold quoque de hac re verba fecit, de quibus breviter disputare me oportet. Apud eum scriptum videmus (Jesus u. d. A. T. p. 134 sq.): „Nun hört man allerdings auch von wohlgesinnter Seite den Einwurf, es müsse noch vor Moses eine tiefere Stufe der Gotteserkenntnis angenommen werden, und so möchte man die Darstellung, dass Gott sich dem Abraham als allmächtiger Gott offenbart hat, gerne halten. Nun leugne ich das erste nicht, behaupte aber, dass die damit begründete Forderung bezüglich der Abrahamsreligion sich daraus noch gar nicht ergiebt. Allerdings der Moses, an den man zu denken gewöhnt ist, der Mann, auf den der ganze Inhalt der Gesetzgebung zurückgeführt wird, müsste uns wohl zu jener Annahme zwingen. Aber man braucht gar nicht Anhänger Wellhausen's zu sein und doch jenen Moses aufzugeben sich genötigt sehen. Es liegt hier nicht anders als in Sparta, wo man spätere Gesetze und Einrichtungen an den Namen des Heros Lykurgos hängte und ihnen damit ein grösseres Ansehen verlieh.“ Negat

1) Gesch. des Volkes Israels. 1843. p. 361.

igitur his verbis Meinhold opus Mosis, quod ab omnibus V. T. libris ei traditur. Contra eum hanc sententiam pronunciantem afferimus, quae Dillmann dixit (l. c.): „Stellt man allerdings Mosis Werk auch noch in Abrede und lässt Amos und Elia die Gründer des höheren Glaubens Israels sein, so bedarf es auch dieser Ansicht nicht mehr. Dann bleibt von der ganzen Sage aber nur Dunst und Nebel zurück.“ At haec sententia, legem Israeliticam non a Mose datam, sed in omnibus fere partibus in exilio et post exilium a sacerdotibus factam atque fictam esse, recta esse non potest. Non est huius loci nostram sententiam longius demonstrare (cf p. 9, adnot 1). Assentior iis, quae Köhler scripsit (Bibl. Gesch. I, 337) atque illius sumptionem accipio, „dass das ganze im Pentateuch verzeichnete Recht teils direkt, teils indirekt auf Mose zurückzuführen ist“. Ipse hanc suam sententiam iterum probavit (B. G. II, p. 443. 1) atque eum sequentes nos quoque ponimus re vera Mosem esse eum (ut repetam, quae Meinhold dixit), „auf den der ganze Inhalt der Gesetzgebung zurückgeführt wird“.

Quam nihil valet Mosis nomen, si sententiam a Meinhold supra prolatam accipimus?! „Ist aber Moses, porro ait, der Mann, welcher zuerst der israelitischen Religion mit voller Wucht sittliche Gedanken beimischte, der den Stammesgott Jahve als ein sittliches Wesen erkannte, so ist nicht abzusehen, welche frühere Stufe auf diesem Wege noch der Patriarchenzeit übrig bliebe. Wohl reden auch wir von einer früheren Stufe, dies ist aber dieselbe, welche wir auch bei andern Völkern in ihrem Naturzustande finden.“ Alio loco (Wider den Kleinglauben p. 47) de Mose idem fere dicit his verbis: „Er giebt der Jahvevorstellung gewisse geistig-sittliche Züge, die dann von der bedeutendsten Wirkung sein mussten.“ Nihil aliud nisi hoc unum Moses fecit! Qui autem status

Israelitarum ante Mosem erat, Meinhold his verbis explicat (ibid. p. 34 sqq.): „Züge des Fetischismus- und Totemismus finden sich bei allen Völkern im Kindesalter, die Australneger und Germanen, die Griechen und Inder, die Araber, Syrer und Ägypter liefern davon Beispiele genug. Sollte das bei den Israeliten anders gewesen sein? Die Religion Israels selbst muss uns darüber Auskunft geben. Und sie thut es in überreichlichem Masse. Da sehen wir, dass Steine wie Bäume, Wasser wie Tiere mit göttlicher Lebenskraft infiziert erscheinen, dass der Gewittergott dem Jahve des Moses seine Züge geliehen — kurzum Israel vor Moses ist zu denken als ein Konglomerat nomadischer Stämme, dem Fetischismus und Totemismus ergeben wie alle Naturvölker.“ Fetischismus atque totemismus ergo sunt opiniones in hóminum mentibus innatae, fuerunt opiniones Israelitis ante Mosem ab ipsa natura datae Quae cum ita sint, compara has duas res, fetischismum atque totemismum in altera parte, in altera parte opus Mosis, quod est admiscere lineamenta quaedam morum atque ingenii, „gewisse geistig sittliche Züge beimischen.“ Num ré vera hoc tales effectus provocasset, quales opus Mosis apud Israelitas provocavit? Minime! Nam si fetischismo atque totemismo nigrorum australiae, quos Meinhold eodem statu esse dicit, quo erant Israelitae ante Mosem, talia lineamenta admisceres, certissime hi vestigia Israelitarum non sequerentur neque sequi possent! Qua de causa refutamus hanc sententiam atque contra eam dicimus opus Mosis maius fuisse, quam ille sentit, statum religionis Israelitarum ante Mosem nōn fetischismum neque totemismum fuisse, potius talem, qualem Abrahamum reliquosque patriarchas habuisse V. T. libri narrant. Kittel quoque ad nostram sententiam haec dicit (l. c. p. 157): „Endlich muss, will man nicht die Sendung

Moses und die prophetische Auffassung über ihn total preisgeben, wofür auch Wellhausen und Smend sich nicht erklären, die Zeit der Patriarchen, besonders Abraham, als die notwendige Voraussetzung der mosaischen Zeit gelten. Die religiöse Stellung Mosis steht ohne Halt und unverstanden vor uns, wenn nicht der Tradition Glauben geschenkt wird, nach welcher Moses auf den Gott der Väter zurückgegriffen hat. Moses konnte schwerlich bei seinem Volk mit einem fremden, bisher unbekannten Gott durchdringen.“ Qua ex re hoc minimum consequi Kittel putat: „Man darf also wohl annehmen, dass Abrahams Person auf einem historischen Hintergrunde ruht. Besonders die Nachricht über eine höhere ihm schon zugekommene Gotteserkenntnis scheint sich nicht wohl als blosse Erfindung verstehen zu lassen.“

Atque haec quidem hactenus! Concedo autem iterum hoc strictum argumentum non esse, attamen idoneum ad augendam nostrae sententiae verisimilitudinem fuisse re vera Abrahamum.

Veniamus nunc ad ultimum locum disputandum, ad disserenda ea, quae Gen. 14 referuntur. Permultum de hoc capite iam disputatum est, cum permagni momenti sit ad nostram quaestionem decernendam. Alii antiquissimis, alii recentioribus temporibus hoc caput scriptum esse aestimaverunt, alii dignum cui credatur, alii indignum esse dixerunt. Nos primum quidem longius disputabimus, quo tempore ortum atque scriptum sit, praecipue animum advertentes in ea, quae Nöldeke hac de re scripsit; deinde inquiremus, an sit credibile, quo in studio inscriptiones cuneiformes maxime nos adiuvabunt.

I.

Gen. XIV quo tempore sit scriptum.

Nöldeke, qui de hoc capite iudicat „Wir haben eine durchgängig freie Schöpfung desselben (sc. auctoris) anzunehmen“, de eo disputat in dissertatione „Die Ungeschichtlichkeit der Erzählung Gen. XIV“ (in „Untersuchungen zur Kritik des A. T.“ p. 156—172). Hanc dissertationem eo tantum consilio scripsit, ut opponeret opinioni dicentium re vera fuisse Abrahamum. Sic enim iam in praefatione ait (p. VI): „Der 3. Aufsatz sucht die gangbare Ansicht über die Geschichtlichkeit der Erzählung von Abraham und seinem Kampf mit den Königen zu widerlegen; ist mir, wie ich hoffe, diese Widerlegung gelungen, so fällt damit die letzte Stütze für die Annahme, dass Abraham eine geschichtliche Person sei.“ Fatemur quidem, nos non sine quadam suspicione, sed dubitanti animo ad hanc dissertationem accessisse, postquam priorem eius disputationem inspeximus. Saepius enim ibi quaedam de aliqua re affirmavit aut eam contra historiae fidem esse dixit neque ullum attullit argumentum. Ut exempla afferam, in libello supro citato „Die bibl. Erzväter“ de adventu angelorum apud Abrahamum, de foedere Abrahami cum deo dixit (p. 504): „Das alles kann ja nicht den geringsten Anspruch auf Geschichtlichkeit erheben.“ „Gerade die schönsten und am genauesten ausgemalten Erzählungen von den Erzvätern erweisen sich aber für Jeden, der über den ersten naiven Glauben hinaus ist, als völlig ungeschichtlich.“ Postea de Isaaco haec dicit: „Die schöne Idylle von der Brautwerbung (Gen. 24) bezieht sich allerdings auf ihn, aber die wird doch Niemand für Geschichte halten wollen“, atque de Iacobo: „Allein geschichtliche Glaubwürdigkeit haben Scenen wie die lebendig geschilderte Erlistung

des Segens mit Hülfe der Mutter natürlich so wenig, wie die Gotteserscheinungen in Bethel.“ Cum Nöldeke vir doctissimus haec dicit neque ullum affert argumentum, putare debemus eum aut argumentum afferre non posse aut id minime necessarium esse credere. Sed hae res non eae sunt, quas quivis nullo argumento allato historicas non esse putet. Qua de causa sola declaratio atque negatio pro argumento stare non potest. Repetimus igitur hoc quoque loco, quae Meinhold dixit (Wider etc. p. 13): „Mit der Verneinung ist ja noch nichts gethan!“

Sed videamus, an afferat Nöldeke argumenta hoc loco, quo agitur de proelio Abrahami cum regibus orientis facto.

Ac primum quidem Nöldeke concedit formam atque orationis modum in Gen. 14 talem esse, ut pro vera historia haberi possit, dicens (p. 157): „Dieselbe (i. e. ‚die Erzählung von Abraham als Kriegshelden‘) enthält so bestimmte Namen und Daten und giebt so viele antiquarische Züge, sticht dabei zugleich so stark von den übrigen, mystischen oder frei dichterisch ausgemalten Erzählungen der Genesis ab, dass man den Eindruck gewinnt, hier sei ein Stück echter Geschichte erhalten.“ Deinde ex his potissimum rebus historiam veram eam non esse consequi dicit. Ipse primus versus capitis ei valde dubius atque incertus est; ex ipsa diligentia atque accuratione indicii temporis effici id falsum atque fictum esse. „Das Capitel beginnt mit einer imponierenden Aufzählung von Königen, in deren Zeit das erzählte Ereignis gefallen sein soll. Aber mit Recht sagt Tuch in seinem Commentar: wenn der Erzähler das Faktum nach der Zeit der streitenden Könige selbst bestimmt, so liegt darin das für ihn charakteristische Streben, wenigstens den Schein einer bestimmten Zeitangabe zu

gewinnen, ohne sie genau dadurch zu erhalten." „Die Datierung ist also völlig überflüssig und nichtssagend." Primo momento hoc rectissime dictum esse videtur. Sed animus hanc in rem est vertendus, quod totum hoc caput non solum agit de Hebraeis, sed etiam de aliis populis illius temporis iisque celeberrimis. Certissime autem reges, qui ibi nominantur, illis temporibus, cum hae res primum describerentur, notissimi atque in omnium memoria erant, ut non oporteret alia temporis indicia afferre. Hoc loco igitur similiter scriptum est בִּימֵי אַמְרָפֶל מֶלֶךְ־שִׁנְעָר אַרְיוֹךְ מֶלֶךְ אֶלָּסָר etc. ac Jes. 1, 1 בִּימֵי עֻזִּיָּהוּ יוֹתָם אָחָז יְחִזְקִיָּהוּ מַלְכֵי יְהוּדָה. Quod reges, qui Gen. XIV afferuntur, minus noti nobis sunt, quam reges, qui Jes. 1 commemorantur, haec res explorationem temporis difficiliorem quidem facit, sed non desperandam. Quam ob rem haec quoque temporis indicia non sunt supervacanea atque inutilia. Si modo horum orientis regum nomina cum ipsis rebus, quas gesserunt illi, accuratius inscriptionibus cuneiformibus reperta atque destinata erunt, tempus huius belli ex ipsis nominibus etiam secundum inscriptiones constitui atque destinari poterit. Itaque ea, quae Nöldeke primum opposuit, eiusmodi non sunt, ut res Gen. 14 traditas contra historiae fidem aut fictas esse demonstrent.

Deinceps Nöldeke se vertit ad nomina quinque regum foedere iunctorum, quorum quattuor sunt בֶּרַע, בִּרְשַׁע, שִׁנְאָב, שֶׁמְאֵבֶר. Priora duo ficta esse dicit ex nominibus רַע et רֶשַׁע et ex praepositione בְּ, qua ex re ea nomina historica hominum verorum non esse consequi censet. „Nun sind aber zwei dieser Könige ganz entschieden unhistorisch." „Dass die Könige der beiden mythischen Hauptstädte des Kikkar schon in ihrem Namen die Vorstellung ausdrücken, welche die Späteren von den Bewohnern hatten, ist denn doch ein so klar erdichteter Zug, dass darüber nicht weiter zu streiten."

Et alio loco de iisdem nominibus dicit[1]): „Was schliesslich בֶּרַע und בִּרְשַׁע betrifft, so mag ein anderer glauben, es wäre Zufall, dass die Könige der gottlosen Städte Sodom und Gomorrha Namen führen, in welchen nach Abzug des gleichen Elements בְּ (in, mit) רַע „Böses“ und רֶשַׁע „Frevel“ überbleibt.“ Hitzig quoque similiter atque Nöldeke haec nomina interpretatur dicens (l. c. p. 44 sq.): „Von den Königen seinerseits der vier nachdem untergegangenen Städte sind wenigstens die Namen nicht ihre wirklichen; denn Frevler, Schurke, Schlangenzahn, Skorpiongift hiessen sie nicht in Wahrheit, als sie lebten, und von Seiten ihrer Leute, sondern erst, seit ihr Schicksal auf ihre sittliche Beschaffenheit schliessen liess.“ Optimo iure Kittel contra hanc nominum interpretationem dicit (l. c. p. 161): „(Sie) hat mehr den Wert eines launigen Einfalls, als einer wissenschaftlichen Etymologie.“

Priusquam autem dicimus, quid ipsi de his nominibus sentiamus, videamus, quid Nöldeke dicat de ceteris nominibus. Maxime ei placeret, si evinci posset nomen שִׁנְאָב compositum esse ex שׂנא et אָב, „patrem odiens“, sed hoc esse non posse ipse concedit. De ultimo nomine haec facit verba: „Dürften wir aber שֶׁמְאֵבֶר, wie auch die LXX haben, mit dem Samaritaner שמאבד lesen, so bekämen wir allerdings wieder einen passenden Sinn für den König der spurlos verschwundenen Stadt ‚der Name ist verloren‘.“ „Jedenfalls spricht die alliterierende Paarung auch dieser beiden Namen mehr für einen fingierten, als für ihren geschichtlichen Namen.“

Cum autem nomina בֶּרַע et בִּרְשַׁע non satis explicari viderentur ea interpretatione, quam Nöldeke protulit, alii alias interpretationes susceperunt. Tuch orta ea esse

---

1) „Einiges Weitere über die Ungeschichtlichkeit der Erzählung Gen. XIV.“ In: Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie. 1870. p. 213—219. p. 218.

dicit ex בֶּן־רַע et בֶּן־רֶשַׁע; sed sine ulla modificatione aut commutatione Nun omissum esse non est credendum. Halevy igitur ex אֲבִי־רַע et אֲבִי־רֶשַׁע ea orta esse dicit, sed ne hanc quidem interpretationem grammatica concedit.

Equidem contra omnes has interpretationes hoc proferam: si nomina ficta essent, non spectarent malitiam in universum, sed species atque partes quasdam. „Maleficus“, „scelerosus“ autem, quae est notio nominum sesundum interpretationem supra citatorum, sunt vocabula, quae significant hominem malum atque impium sine ullo respectu ad scelera specialia. Ultimum quoque nomen שֶׁמְאֵבֶר, si recte interpretamur שמאבד „nomen perditum est“, omnino non respicit ad interitum urbium earumque scelera. Hoc approbant ipsi illi loci, quos Nöldeke citat ad interpretationem suam rectam esse demonstrandum. Job 18, 17: זִכְרוֹ־אָבַד מִנִּי־אָרֶץ וְלֹא־שֵׁם לוֹ עַל־פְּנֵי־חוּץ׃ dictum est universe de impio, nec aliter Dt. 7, 24. 12, 3; de interitu urbium Gen. 14 commemoratarum nullo loco, quo haec locutio adhibita est, dicitur. Sin autem nomina finxisset huius capitis auctor, certissime finxisset talia, ex quibus specialia urbium deletarum et incolarum scelera eorumque impietatem cognoscere posses, talia, quae respicerent ad impudicitiam, libidinem atque scelera Sodomitica, quae nobis ex historiis in libro Geneseos traditis satis nota sunt. Quod autem haec scelera singularia omnino silentio praetermissa sunt, nominum interpretationen a Nöldeke ceterisque allatam rectam esse non credas. Qua ex re autem hoc etiam mihi consequi videtur nomina omnino non ficta esse.

Sed quae est interpretatio nominum? Fateor me nescire; sed an non recte sint tradita, dubito. LXX enim habent *Βάλλα* pro בֶּרַע, *Σενάαρ* pro שִׁנְאָב; שֶׁמְאֵבֶר tradunt *Σύμοβορ* et versia Syriaca quoque hoc nomen tradit cum littera Risch. Quod autem Samaritanus hoc nomen,

ut vult Nöldeke, tradit hac forma שׁמאבר, hoc Dillmann bene eo explicat, quod illo tempore, quo Samaritanus scriptus est, nomen interpretari iam studebant. Ergo ex his variis traditionibus nominum hoc mihi consequi videtur, non accurate certe recteque nomina tradita esse, qua de causa ea explicari adhuc nullo modo posse puto.

Deinde Nöldeke de quattuor regibus orientis loquitur. Concedit illa nomina vera esse posse, et his verbis concludit: „Wie dem aber auch sei, höchstens dürfen wir annehmen, dass er (i. e. capitis auctor) einige richtige Namen, untermischt mit falschen oder künstlich gemachten, angebracht hat, und der darin liegende Schein von Geschichtlichkeit kann uns auf die Dauer so wenig täuschen, wie die Eigennamen und Daten im Buche Esther." Quae nobis ad haec respondenda sunt, postea afferemus. Nam hoc loco id solum agitur, num hoc caput fictum sit; ipse Nöldeke autem hic concedit nomina regum recta atque vera esse posse.

Exinde Nöldeke se vertit ad populos a regibus victos (p. 162 sq.): „Man hat längst erkannt, dass der Verfasser hier lauter Namen von Urvölkern nennt, welche zur Zeit der Israeliten verschwunden waren, und zwar sind darunter zwei entschieden mythische, die Refaīm (welche für den Hebräer etwa dasselbe waren wie für unser Volk die Hünen, für die Skandinavier die Jöten) und die Êmîm („Schreckliche", nach Dt. 2, 10 Benennung der Refaim bei den Moabitern) und drei historische", quos Amoritas, Amalekitas et Horitas esse dicit. „Die זוזים in Ham sind dagegen unbekannt, so nahe es liegt, sie mit den זַמְזֻמִּים, den Refaīm der Ammoniter (Dt. 2, 20) zusammen zu bringen."

Recte quidem Nöldeke dicit populos hoc loco citatos priores terrae incolas fuisse; sed duos mythicos esse nega-

negamus. Diestel contra hanc sententiam dicit[1]): „Wurden die Rephaim später mythisch, so setzt dies nicht voraus, dass es früher derartige Völker nicht gegeben habe,, ebensowenig wie die Sagenhaftigkeit der Nibelungen gegen die historische Existenz der Burgunden und die „Hünen“ gegen die wirkliche Grösse der alten Germanen zeugen.“ Rephaimos populum mythicum esse neque re vera vixisse comprobari non potest. Sed hoc non est neglegendum, quod secundum traditionem biblicam nomen רְפָאִים varias res significavit, cum omnes homines, qui ante Kanaanitas terram Palaestinam citra et trans Iordanum fluvium habitabant (Dt. 2, 11. 20), tum maxime incolas eius partis, cui nomen Basan est (Dt. 3, 11. 13. Jos. 13, 12). Nostro loco hoc nomen sensu speciali interpretandum est, et eo loco, quem Nöldeke postea affert (Dt. 2, 10—11) sensu generali. Nam idem, quod de populo אֵמִים, dicitur et de populo עֲנָקִים, ut scriptum videmus (Dt. 2, 11): רְפָאִים יֵחָשְׁבוּ אַף־הֵם כָּעֲנָקִים: (sc. הָאֵמִים) et de populo זַמְזֻמִּים, ut Dt 2, 20 scriptum est: רְפָאִים יָשְׁבוּ־בָהּ לְפָנִים וְהָעַמֹּנִים יִקְרְאוּ לָהֶם זַמְזֻמִּים, ita ut nomen רְפָאִים complecteretur et עֲנָקִים et אֵמִים et זַמְזֻמִּים et רְפָאִים sensu speciali (Köhler, B. G. I, p. 73 sqq., 74, adnot. 1. Dillmann: Genesis[6] p. 238). Populum זוזים eundem esse atque זַמְזֻמִּים ex eo intellegi potest, quod eorum sedes eaedem erant et eae quidem, in quibus postea Ammonitae habitabant (Köhler, ibid p. 72, adnot. 5). Ergo contra hanc gentium seu populorum numerationem nihil opponendum est. Quod de nonnullis eorum plura non nota sunt, quam quae in hoc capite traduntur, minime argumento esse potest eorum nomina ficta esse, praesertim cum commemorentur cum notissimis Amalekitis, Amoritis, Horitis.

1) Jahrbücher für deutsche Theologie. 14. Bd. 1869. p. 345

Gravissimum argumentum deinde suae sententiae Nöldeke sumit ex tota illa expeditione, quam ob rem haec facit verba (p. 163): „Dieser ganze Zug nun ist geschichtlich so unwahrscheinlich, wie er zur Erreichung eines etwas starken Effekts zmeckmässig ist: ein sicheres Zeichen, dass er fingiert ist. Kann man sich denken, dass die Könige, wenn sie die nördlich und nordöstlich vom Toten Meer gelegenen Gebirge erobert hatten, das so bequem vor ihnen liegende Thal, auf welches es nach der Erzählung ja eben ankam, bei Seite liegen lassen, um erst die reizlosen, entsetzlich öden und dabei höchst schwierig zu erobernden Länder zu durchziehen, das Gebirge Seir und das Tîh, durch welches Kriegsheere aus weiter Ferne, die kein befreundetes Land hinter sich hatten, überhaupt kaum hindurch dringen konnten? Liegt hier nicht gerade in den genauen Angaben, welche so sehr für die Geschichtlichkeit des Berichtes einnehmen, die offenbare Unwahrscheinlichkeit? . . . Aber freilich, den Effekt erhöht es bedeutend, wenn der entscheidenden Schlacht im Thale Siddim so bedeutende Züge und Kämpfe vorher gehen und darauf kam es dem Verfasser an. Und dann brachte es die Oekonomie des Berichtes mit sich, dass nach der Unterwerfung des Thales Siddim nicht gut noch weitere Thaten erzählt werden konnten, ehe Abraham die Sieger trifft, und es musste diesen doch sehr heben, wenn er die Bezwinger aller Völker ringsum niederwirft."

His verbis apparet Nöldeke opponentem ad hoc caput tractandum accessisse falsa opinione id esse eius consilium, ut in eo Abrahamus monstretur et describatur vir bellicosissimus. Sed hoc ex orationis atque descriptionis forma ac ratione effici non potest. Ea tantum causa Abrahamus hostes secutus est, ut Lotum ex eorum manibus liberet, quod sine proelio fieri non potest. Immo

vero haec est nóstra sententia: si hoc fuisset consilium, quod Nöldeke vult, multo magis atque accuratius hoc descriptum esset. Quanta atque qualia, ut exemplo utar, reges Assyriaci se gessisse inscriptionibus tradiderunt! In illis autem semper facile certa voluntas perspici potest, atque nimium esse nemo est, quin sciat. In eo autem capite, de quo hoc loco agimus, simplicissime sine ulla laude Abrahami res gestae describuntur eo solo consilio, ut Abrahami amor in agnatos suos appareat. Quod magnum argumentum veritatis atque rectae traditionis esse puto. Rectissime igitur nostrâ quidem sententiâ Dillmann dicit (l. c. p. 235): „Noch weniger läuft die Erzählung darauf hinaus, ihn als gewaltigen Kriegshelden zu verherrlichen; kein Wort des Prunkes mit seiner gelungenen That ist v. 15 f. zu lesen und vielmehr in einer aufopfernden Freundschaft für Lot und der Zurückbringung der Gefangenen hat die Erzählung ihre Spitze, nicht in eitlem Kriegsruhm. Der ganze Krieg ist nicht um seiner selbst willen erzählt, sondern nur soweit es zum Verständnis der Rettungsthat Abram's gehört.“ Et non iniuria O. Andreä affert[1]), si Gen. 14 esset fictum hoc consilio, „so hätte doch die That Abrahams ganz anders in den Vordergrund gestellt werden müssen, als dies wirklich der Fall ist, und wäre wohl nicht so gänzlich jedes rühmende Hervorhoben derselben unterblieben.“

Quod reges, postquam Palaestinam trans Iordanum fluvium sitam expugnaverunt, non statim in vallem Siddim profecti sunt, sed in montes ad meridiem versus sitos, id ipsum non est, ut dicit Nöldeke, „offenbare Unwahrscheinlichkeit“, immo vero qua de causa illi reges

1) Die Urgeschichte der Bibel und das Zeugnis der babyl. Geschichte. In: Beweis des Glaubens. 1889. p. 412—435. p. 419.

hanc expeditionem susceperint nobis demonstrat. Agebatur non id solum, ut subigerentur incolae Palaestinae, sed multo magis id, ut haberent reges aditum ad mare rubrum commercii causa. Quam ob rem non contenti erant deditione Palaestinae, sed profecti sunt usque ad אֵיל פָּארָן, quod Elath in ultima septentrionali parte sinus aelanitici situm esse constat. Quod igitur Nöldeke negat hanc expeditionem susceptam esse causis commercialibus atque addit: „Die Erzählung enthält keine Spur hiervon“, id ipsum, quod in v. 6 scriptum est עַד אֵיל פָּארָן אֲשֶׁר עַל־הַמִּדְבָּר, est vestigium, quod nostris temporibus Fridr. Tuch[1]) optime secutus est ad demonstrandum hanc sententiam, quam Nöldeke negat, rectam esse. Sed quod vestigium tantum nobis traditum est, satis eo interpretamur, quod hae res, quae magis spectant historiam universalem populorum, absunt ab iis, quae in libro Geneseos specialiter traduntur. Quo magis Tuch optimo iure (l. c. p. 165, adnot.) dicit: „Solche aus der Erzählung sich ergebende Thatsachen sind um so sichere Beweise für die historische Treue und das Alter des Stücks, als gerade die weltgeschichtlichen Momente ausserhalb des besonderen Zwecks der Erzählung liegen“ (Dillmann ad אֵיל פָּארָן l. c. p. 239. Köhler, l. c. p. 93). Si igitur hoc re vera fuit expeditionis illius consilium, nostro iure assentimur verbis, quae Tuch in praeclara sua dissertatione facit (p. 193): „Wir haben bisher die Erzählung in allen Teilen treu und wo uns die Ortsverhältnisse hinlänglich bekannt sind, sehr genau gefunden“, atque iis, quae Dillmann facit (l. c. p. 235): „Der Gang des Kriegszuges v. 5—9 ist nicht zweckwidrig oder in sich widersinnig.“ Maxime autem hoc animis mentibusque mandamus, omnino non recte dictum esse a Nöldeke huius capitis unicum consilium id esse, ut glorificetur atque ornetur

1) Bemerkungen zu Genesis 14. ZDMG I. p. 161—194.

Abrahamus rebus praeclare gestis. Quae cum ita sint, ne hoc quidem, quod Nöldeke contra hanc regum expeditionem opponit, recte ab eo dictum est.

Sed alia Nöldeke opponit, ut omni modo demonstret attamen ipsius sententiam, quam profert de hoc capite, esse rectam. Omnium rerum gravissima atque summa ei est proelium Abrahami cum regibus commissum. Ab Abrahamo cum paucis suis quinque reges omnino non vinci potuisse dicit. „Das Unmögliche, ille ait p. 165, wird nicht dadurch gemildert, dass es ein nächtlicher Überfall ist, denn er schlägt die Gegner nicht nur, sondern verfolgt sie noch eine Strecke, wenigstens zwei Tagemärsche weit. Wenn das möglich ist, so ist eben nichts unmöglich! Man kann nun freilich wieder einwenden, die Zahl der Knechte Abrahams sei in Wirklichkeit wohl viel grösser gewesen: aber auf sie kommt eben Alles an, und die Zahl gehört ja wieder zu denen, welche den täuschenden Schimmer der Geschichtlichkeit über diese Erzählung verbreiten. Und denke man sich Abraham zehnmal mächtiger; einen solchen Sieg über einen grossen Eroberer, dem ein Land wie Babylonien (Sinear) unterthan war, kann er nie und nimmer erfochten haben. Wir sehen nun aber, wie hier Alles berechnet ist, Abraham als gewaltigen Kriegshelden zu schildern.“ Alio loco (Zeitschr. f. wissenschaftl. Theol. 1870. p. 216) idem spectans dicit: „Alles nötigt uns zur Voraussetzung eines mächtigen, weit ausgedehnten Reiches mit grossen Heeresmassen, und die können auch bei dem geschicktesten Überfall nicht durch 318 (oder genauer zu zählen 322) Mann geschlagen, aller Beute und aller Gefangenen beraubt und weithin (auf nicht sehr bequemen Pfaden um den Hermon herum) verfolgt werden. Damit ist aber der Kernpunkt der ganzen Erzählung hinfällig.“ Hitzig quoque hoc gravissimum fictionis argumentum

esse dicit his verbis (l. c. p. 45): „Der stärkste Widerspruch aber gegen die Geschichtlichkeit des Berichtes wird eingelegt vom Unterschied im Machtverhältnis der kämpfenden Parteien.“

Concedendum primum quidem est, exercitum regum permagnum fuisse, nam ad talia suscipienda, qualia Kedorlaomerus cum sociis suis suscepit, sine dubio magnus exercitus, permulti milites necessarii erant. Sed ne hoc quidem neglegendum est — Nöldeke autem neglegere videtur, loquitur quidem non de hac re — bellum a regibus susceptum confectum fuisse, cum Abrahamus victores assequeretur. Quid hoc sibi velit, facile intellegitur. Permagna itinera milites fecerant, et ab sedibus suis in Palaestinam et in Idumaeam usque ad mare Aelaniticum et iterum retro; quibus in itineribus multae atque magnae difficultates locorum, praesertim in montibus iis obstiterunt, ut sine dubio commeatus non semper sufficeret. Multa deinde proelia commiserant; denique, quae res est summa, omnia, quae adhuc susceperant, perfecerant: victorias ab hostibus reportaverant, gentes domitae atque subactae erant, ipsi magnam praedam hominum, pecorum aliarumque rerum secum portabant, omnia, ut paucis absolvam, quae sibi propusuerant, bene prospere feliciterque cesserant. Ex omnibus his rebus consequitur milites regum victorum fatigatos fuisse, cum Abrahamus eos assequeretur, et certe deditos oblectationi praedarum; certissime solutis ordinibus iter fecerunt, cum omnes hostes subactos esse scirent neque putarent quempiam sibi obsistere audere.

Atque, ut nunc de Abrahamo eiusque sociis loquar, numerum 318 servorum Abrahami recte traditum esse sentio atque reprobo cum ipso Nöldeke re vera numerum servorum seu mancipiorum Abrahami in hoc proelio maiorem fuisse. Attamen plures quam 318 in illa pugna

contra regum exercitum pugnasse constat. Inconsiderate Nöldeke numerum pugnantium affert 322, ad 318 adiciens ipsum Abrahamum atque tres eius socios, quorum nomina traduntur עָנֵר, אֶשְׁכֹּל, מַמְרֵא. Tamquam si hi socii, qui erant בַּעֲלֵי בְרִית־אַבְרָם (v. 13), de quibus Abrahamus praedam distribuens dicit אֲשֶׁר הָלְכוּ אִתִּי (v. 24), qua de causa iis quoque partem praedae dat, — tamquam si hi socii soli cum Abrahamo profecti sint! An Nöldeke credit, ut exemplum afferam, cum imperatores Germaniae, Austriae, Italiae foedus ad bellum et defendendum et inferendum inierint, ergo sint בַּעֲלֵי בְרִית, si unus ex iis bellum defendere aut inire coactus sit, alios solos sine ullo milite socio auxilio venturos esse? An anno 1813 p. Chr. n., cum rex Borussiae bellum contra Napoleonem iniret, socii eius imperatores Russiae et Austriae soli ei auxilio venerunt? Ne Nöldeke quidem hoc ita esse sentit. Si autem hoc loco credit socios solos ad Abrahamum venisse et cum eo hostes victores secutos esse, etiam in v. 1 solos quattuor reges sine exercitu in Palaestinam profectos esse ei credendum est! Sed minime! Socii Abrahami ei auxilio venerunt cum exercitibus, i. e. cum ipsorum servis aliisque, quos plures fuisse quam Abrahami ex eo consequi potest, quod ipsi erant incolae terrae, Abrahamus autem peregrinus, גֵּר וְתוֹשָׁב; Abrahamus autem in hoc proelio dux atque imperator erat ea causa commotus, quod ipsius res et res agnatorum eius agebatur. Quam ob rem plures quam 322[1]) in illo proelio contra regum exercitum pugnaverunt. Hi omnes noctu ex tribus partibus hostes inopinantes, defatigatos oppresserunt. Attamen Nöldeke fieri non potuisse dicit ut vincerent, quia hostium numerus permagnus fuerit. Sed si hoc ita se haberet,

---

1) Köhler (B. G. I, p. 105): „. . Abram mit 318 leibeigenen und heimbürtigen Knechten, unterstützt von den Mannen seiner Bundesgenossen."

optimo iure etiam Persas a Graecis in pugna apud Plataeas commissa non victos esse tibi dicendum esset, nam Persarum exercitum multo maiorem fuisse, quam Graecorum inter omnes constat. Sed ut ibi Graeci de libertate pugnantes exercitum hostium multo maiorem, milites regis, cuius imperio tota Asia subiecta erat, devicerunt, sic nostro loco potuit fieri, ut Abrahamus de libertate atque salute agnatorum pugnans cum sociis exercitum hostium maiorem noctu devinceret. Atque si addimus nocturno impetu atque repentina clade hostes magno terrore atque caeco timore affectos esse, ut fuerint necopinantes, non est mirandum, quod Abrahamus fugientes persequi poterat, praesertim cum forsitan hostes praedam atque Abrahami agnatos, de quibus agebatur, secum servare vellent.

Ergo et hōc argumento, quod Nöldeke tamquam summum affert, id demonstrari non potest, quod ille vult.

Nöldeke deinde (p. 166) iterum haec opponit: „Absichtlich gebraucht der Erzähler auch bei den Feinden die entlegensten Namen, um den Schein der Altertümlichkeit zu wahren. Diesem Zweck soll wohl auch das dem Abraham gegebene Beiwort „der Hebräer“ dienen, auf welches man ohne Not mehrfach ein so grosses Gewicht gelegt hat. Und so dürfen wir denn auch die genauen Zahlen und Namen für Nichts als ein schriftstellerisches Mittel zur Steigerung des Eindrucks halten.“ Hanc rem silentio praetermittere licet, cum historiarum pervestigatio atque studium inscriptionum cuneiformium docuerit, hanc rerum descriptionem rectam esse atque rebus veris respondere et congruere; quod postea mihi demonstrandum est.

Gravius deinde ille de sociis Abrahami verba facit, quorum ex nominibus consequi dicit in hoc capite omnino

non res veras describi. „Hier hat man nämlich, ille ait p. 166 sqq., heroes eponymi in ganz unverkennbarer Form.“ „Mamre ist in der Grundschrift der alte Name für Hebron (Gen. 23, 17. 19. 25, 9. 35, 27. 49, 30. 50, 13).“ „Dass daneben zuweilen die Terebinthen dieses Ortes vorkommen (אֵלֹנֵי מַמְרֵא, אֵלוֹן מַמְרֵא), ändert an dem Sachverhalt Nichts und macht es um kein Haar wahrscheinlicher, dass hier einst ein Mann Namens Mamre gewohnt hätte.“ „Neben Hebron liegt nun aber ein נַחַל אֶשְׁכֹּל ‚Traubenbach‘ (Num. 13, 23).“ „Und nun erscheint in unserm Bericht als Bruder des Mamre gar Eskol, d. i. Traube, nach welchem der Bach genannt ist. Und das soll Geschichte sein!“ „Der 3. Bruder עָנֵר kommt im A. T. nicht weiter vor, doch ist die Vermutung Knobel's zu Gen. 23, 20 nicht unwahrscheinlich, dass der Name mit dem G'abal Ne'îr unmittelbar neben Hebron zu combiniren sei.“ „Damit hätten wir den heros eponymus eines 3. Ortsnamens.“ „So häufen sich die Zeichen dafür, dass unsere Erzählung keinen geschichtlichen Wert hat.“

At hac in re id mihi magni ponderis esse videtur, quod Nöldeke praetermittit dicens hoc minime rem mutare. Quod enim Gen. 13, 18. 18, 1 commemorantur אֵלֹנֵי מַמְרֵא, ipsis his verbis sedem singuli hominis significari nobis constat, quamvis neget ille. Argumentum nobis esse videtur, quod legimus Jud. 4, 4—5: וּדְבוֹרָה אִשָּׁה נְבִיאָה אֵשֶׁת לַפִּידוֹת הִיא שֹׁפְטָה אֶת־יִשְׂרָאֵל בָּעֵת הַהִיא׃ וְהִיא יוֹשֶׁבֶת תַּחַת־תֹּמֶר דְּבוֹרָה בֵּין הָרָמָה וּבֵין בֵּית־אֵל בְּהַר אֶפְרָיִם׃ Hic non de terebintho quidem, sed de palma sermo est, quae res nihil differt. Locus ibi citatus nomen accepit a iudice Debora, quae ibi sedere atque munere fungi solebat. Alii quidem hanc palmam Deborae eandem esse dixerunt atque terebinthum illam, sub qua Rebeccae nutrix, cui idem nomen Debora erat, sepulta sit. Sed hoc rectum

non est ea de causa, quod terebinthus non est palma, et quod terebinthus illa secundum Gen. 35, 8 aliud nomen, אַלּוֹן בָּכוּת „terebinthus flendi" accepit ex morte illius Deborae. Quod autem utraque arbor prope a Bethel erat, una בֵּין הָרָמָה וּבֵין בֵּית־אֵל, altera מִתַּחַת לְבֵית־אֵל, ex hac re minime consequi videtur, unam eandemque arborem esse; immo vero terebinthus Deborae nutricis illius, ut ex forma praepositionis מִתַּחַת intellegimus, propius a Bethel fuit, quam palma Deborae iudicis (Köhler, B. G. II, 139, adnot. 3). Itaque his verbis תֹּמֶר דְּבוֹרָה hanc arborem nomen accepisse ex indice illa demonstratur. Idem autem ex verbis אֵלֹנֵי מַמְרֵא consequitur (cf. Tuch, Genesis p. 236 ad Gen. 12, 6: „Eichenhain More's, vermutlich nach dem kanaanitischen Besitzer genannt, wie Mamres Eichenhain Cap. 13, 18"). Quod deinde totus locus Hebron nomen Mamre accepit, mirandum non est, cum hic Mamre, ut ex nostro capite intellegi potest, vir potentissimus atque illius regionis rex fuerit, ut socius Abrahami esset. Reprobanda est igitur sententia dicentium Mamrem illum esse heroem eponymum loci. Quod attinet alterum Abrahami socium nomine אֶשְׁכֹּל facile fieri potuisse puto, ut נַחַל אֶשְׁכֹּל ab eo nomen acceperit; num eius nomen interpretandum sit „uva", fateor me nescire, cum hoc nomen non sit hebraicum, sed ut utriusque alii, amoriticum, qua de causa et de tertio nihil dici potest. Sed omnes hos heroes eponymos non esse, sed re vera vixisse, meâ quidem sententiâ ex eo ipso intellegi potest, quod de uno, de מַמְרֵא illo demonstrari potest, ut supra factum est. Assentiens Delitzsch dicit (Genesis[4] p. 308): „Dass מַמְרֵא sonst ein Ort und נַחַל אֶשְׁכֹּל ein Bach bei Hebron ist, stempelt die zwei nicht schon zu eponymen ungeschichtlichen Personen, zumal da עָנֵר eine solche geographische Beziehung nicht zulässt." Quae cum ita sint, reprobamus quoque, quod Nöldeke altero loco iam citato

(p. 216) de tribus sociis Abrahami repetens dicit: „Ich denke, ein ernster wissenschaftlicher Einwand gegen meinen Nachweis, dass die drei „Amoriter“ heroes eponymi von Örtlichkeiten sind, wird sich nicht erheben lassen, und damit muss man doch das Vorkommen ganz ungeschichtlicher Elemente in dem Bericht anerkennen.“ Non sine causa atque argumento impugnavimus hanc eius sententiam. Ergo omnibus adhuc allatis causis omnino non cogimur assentiri opinioni dicentium hoc caput fictum esse.

Aliter Hitzig haec nomina interpretari conatus est, quod breviter afferre liceat. „Der Emoriter Mamre ist ein Marmî vorzugsweise (l. c. p. 43), also auch ein Marmîvara, so dass er wie das einfache Piromis (cf. p 20) auf Herodots „Ehrenmann“ herauskommt. Ein Bruder von ihm heisst nun statt Agenor d. i. Marmîvara folgerecht bloss Anêr, Mann; ob der Name des andern Eshkol „Mann überhaupt“ bedeuten soll, bleibe unentschieden.“ Hanc sententiam omnino non esse recipiendam nostris temporibus inter omnes constat, nec plura verba de ea facienda sunt; in mentem revoco ea, quae supra dixi de huiusmodi nominum interpretatione.

Denique, ne quid sit intactum, Nöldeke contra regem Melchisedekum varia opponit dicens (p. 168): „Die ideale Haltung dieses Priesterkönigs spricht von Anfang an nicht eben für ihre Geschichtlichkeit, und man hat daher schon wiederholt eine schön erfundene Idealgestalt in ihr gesehen.“ Concedit autem (p. 170): „Wir würden übrigens den Melchisedek auch dann für eine dichterische Figur halten, wenn der übrige Inhalt des Capitels geschichtlich wäre.“ Qua de causa hoc loco non amplius de eo disputare necesse est.

Concludit Nöldeke hanc dissertationem his verbis (p. 170): „Haben wir nun aber in diesem Capitel auch

keine Geschichte, so ist es doch mit grossem Geschick angelegt und vortrefflich erzählt.“ „Der Zweck, den Stammvater in Glorie leuchten zu lassen, ist erreicht.“ Idem spectans in fine alterius dissertationis haec dicit (p. 219): „Wer nun durchaus einen geschichtlichen Kern festhalten will, der mag es thun; er muss dann annehmen, dass zu irgend einer völlig unsicheren Zeit im grauen Altertum einmal ein König von Elam über das Jordanland geherrscht und dorthin einen Kriegszug gemacht habe. Das wäre aber auch die höchste Concession, die ich machen könnte. Alles Nähere, wie Zahlen, Namen u. s. w., also gerade das, was den Schein der sorgfältigen Überlieferung und Glaubwürdigkeit erweckt, ist teils falsch, teils ganz unzuverlässig. Genaueres über jene Eroberung wäre doch absolut nicht zu ermitteln. Mir aber bleibt es bei dem mit Consequenz durchgeführten, für den Zweck des Berichterstatters sehr wohl geordneten und doch in Wirklichkeit unmöglichen Gang der Erzählung, aus dem sich nicht etwa Einzelnes als blosse Übertreibung der Sage ausscheiden lässt, viel wahrscheinlicher, dass wir hier eine bewusste Dichtung haben, bei der nur ein paar geschichtliche Namen mit verwertet werden.“ Nos autem, cum in omnibus singulis rebus deinceps sententiam, quam Nöldeke profert, reprobaverimus et non sine argumentis, etiam hanc conclusionem omnino refutamus atque rectam esse negamus; immo vero dicimus omnia, quae in hoc capite scripta sint, saltem p o t u i s s e fieri, ficta ea esse autem omnino non demonstrari posse. Restat, ut nonnullos afferam, qui nostrae sententiae participes illius sententiam reprobant. Ewald in adnotatione quadam in dissertatione „Über die geschichtl. Folge der semit. Sprachen“ [1]) haec dicit:

1) Abhandlungen der Königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. 15. Band. 1870. p. 214.

„. . . wobei ich nur kurz bemerke, dass die wiederholten Versuche meines Schülers Theodor Nöldeke, dieser Erzählung (Gen. 14) ihren geschichtlichen Wert zu nehmen, keinen Grund haben.“ Dillmann dicit (Genesis[6] p. 234): „Allein, dass hier wirklich thatsächlich Unmögliches berichtet werde, ist bis jetzt nicht bewiesen“, et p. 235: „Jedoch die Einwendungen, die man gegen die Erzählung erhoben, sind wenig zutreffend.“ Kittel haec facit verba (l. c. p. 158): „Indessen reichen diese Gründe nicht zu, die Geschichtlichkeit jenes Ereignisses zu erschüttern“ atque Köhler ponit illum bellum re vera commissum esse (Bibl. Gesch. I p. 105).

Haec contra Nöldeke accuratius atque copiosius disseruimus, quia Meinhold quoque omnia, quae ille attulerat, repetens opponit in opere „Jesus u d. A. T.“ (p. 124—125). Ipse quoque hoc caput fictum esse dicit eo consilio, ut demonstretur Abrahamus vir fortis atque bellicosissimus. „Wer Abraham, den friedfertigen, sich nur auf Gott verlassenden Nomaden für eine geschichtliche Person hält, wird ihn nur mit Schwierigkeit in diesem kriegsgewandten Führer wieder zu erkennen vermögen.“ Nihil minus! Obliviscitur enim ille, qua de causa Abrahamus hoc in bello factus sit dux bellicosus! Non, ut bellum ineat atque inferat, non, ut belli gloriam sibi pariat, sed hac una causa, ut agnatos suos ex hostium manibus liberet, quod optime congruit cum Abrahamo, homine pacis amantissimo. Atque Tuch optime ad haec dixit (Genesis[2] p. 252): „v. 14 schildert sehr treu einen Zug des Nomadenlebens. In ihm nämlich trennen sich nicht so schroff die Kriegs- und Friedensverhältnisse, und mit derselben Beweglichkeit, mit welcher der Stamm seine Wohnsitze verlässt, ist er jederzeit bereit, sein Eigentum durch Gewalt zu

schützen . . . . Drängt die Not, so zieht der Emir aus, und alles, was die Waffen tragen kann, fotgt ihm.“ Quod Meinhold deinde brevissime omnia, quae Nöldeke attulerat, tangens dicit: „Aber die Bedenken, welche Nöldeke und Wellhausen gegen das ganze Capitel geltend gemacht haben, sind noch immer unwiderlegt“, — equidem omnes has dubitationes deinceps supra citavi nec sine argumentis reprobavi. Cum nova argumenta Meinhold invenire non possit, minime ei concedere possumus sententiam suam, quam profert de hoc capite, esse rectam.

Wellhausen denique de Gen. XIV verba fecit in dissertatione „Die Composition des Hexateuchs“. (Jahrb. f. deutsch. Theol. 21. Bd. 1871. p. 414 sq., atque eadem in libro: „Skizzen und Vorarbeiten“. 2. Heft. 1885. p. 24 sqq.). Sed brevissime de eo disputat atque hoc maxime pronunciat, cum totum caput, tum eam partem, in qua Abrahamus Melchisedekum convenisse narratur, ad templum Salomonis glorificandum fictam esse. „Aber die Zehntenabgabe Abrahams an Salem ist doch gewiss analog zu beurteilen, wie die Zehntenabgabe Jakobs an Bethel; wie Jakob dort den an den Reichstempel von Bethel steuernden Israeliten das Vorbild giebt, so Abraham hier den an das salomonische Heiligtum steuernden Judäern.“ Quam sententiam refutamus, sed postea de ea disputabimus (p. 95 sq.).

Pronunciavit atque defendit illam sententiam nuper Cornill (Einleitung 1892. p. 72—73). Ibi coniungit sententiam, quam Nöldeke profert, et eam, quam Wellhausen pronunciat. Sed novum argumentum non affert. Ergo, cum ceciderint propositiones, tota eius sententia cadit atque videtur vana esse (cf. quae Baudissin dicit contra eorum sententias: Geschichte des a.t. Priestertums. 1889. p. 67).

Haec igitur est sententia eorum, qui Gen. XIV omnino esse fictum dicunt, quam Nöldeke maxime defendit, cui Meinhold assentitur, cum Wellhausen minus clare de ea disputet. Aliam sententiam C. P. Tiele[1]) pronunciat. Cum illi omnia ficta esse dicant, hic Iudaeum quendam exilii temporibus antiquissima traditione babylonica usum esse atque ad Abrahamum glorificandum eius historiis inseruisse atque intexuisse dicit. Concedit igitur illud bellum historicum et re vera gestum esse, confirmat autem hoc omnino abesse ab Abrahami persona. Haec enim facit verba: „Ich möchte gegen den historischen Wert der Erzählung 1. Mose 14 nicht den Vorwurf geltend machen, dass dieses Kapitel nach Nöldeke u. a. sehr späten Ursprungs sei. Denn ein hebräischer Autor kann gerade in der Verbannung eine in Babel vernommene historische Überlieferung sehr wohl benutzt haben, seinen Stammvater Abraham zu verherrlichen.“ Quam sententiam permulti Assyriologi sequuntur, qui libentissime omnia talia ab Assyriis Babyloniisque Iudaeos exilii temporibus mutuavisse dicunt. Quae sententia si esset recta, nihil re vera e capite Gen. XIV consequeretur, ex quibus demonstrari posset re vera fuisse Abrahamum. Sed omnia continentur certis argumentis, quae pro hac sententia demonstranda nullo loco invenire potes. Omnia, quae afferuntur ad sustinendam hanc coniecturam leviora sunt, quam quibus credatur. Ac primum quidem non est credendum Iudaeum, qui ex patria in Babyloniam in exilium ire coactus erat, ibi in studio litterarum incubuisse atque interpretationem inscriptionum cuneiformium didicisse. Pii enim, qui ex iis erant, quos prophetae nominant שְׁאַר יִשְׂרָאֵל (Jes. 10,20), sane hoc non conscripserunt. Rem nefandam atque

1) Assyr.-Babyl. Geschichte. 1886. p. 123.

scelus esse sine dubio putaverunt adire templa aut bibliothecas hostium, qui ipsorum templum destruxerant atque combusserant et ipsos e terra sacra expulerant. Unica eorum spes erat haec se redituros esse in patriam (Ps. 102, 14—18. 137). Legis ipsorum studio occubuerunt, praesertim cum, ut permulti dicunt — quod equidem vero minime rectum esse supra dixi (p. 9, adnot) — occupati essent in lege elaboranda atque perficienda. Ergo unum ex his Gen. XIV tali modo scripsisse omnino non est credibile. At Danielus ille, qui cum sociis Nebukadnezari regis iussu discebat linguam et scripturam caldaicam (Dan. 1, 4) et versabatur in aula regia! Sed ipsum esse auctorem huius capitis vix credas, neque quidquam habemus, cur illum esse auctorem vindicemus; ne unus quidem, qui eum id scripsisse putet, mihi litteras tractanti obviam factus est. Neque credendum est plures ita linguam atque scripturam caldaicam didicisse, cum notum sit, quantâ invidiâ nobiles Babylonios illum eiusque socios persecuti sint, ita ut omni modo eos interficere studerent.

Impii autem, qui in Babylonia manere neque in patriam redire volebant atque sine dubio brevi tempore moribus atque institutionibus hostium se accommodabant, ut etiam deos Babyloniorum colerent atque eorum templa adirent, fieri potuisse concedo. Sed iis ipsis non erat causa atque minime iis curae seu cordi esse poterat, Abrahami recordari, patriarcham glorificari; cum deo Iehova, cum patria, terra promissionis dei, etiam patres et patriarchas deseruerunt. Ergo ex his quoque nemo ad tale opus faciendum idoneus fuisse videtur.

Quid? Si quis traditiones babylonicas cognoscere atque tractare voluisset, num credendum est sacerdotes ceterosque magistratus babylonicos Iudaeo permisisse? Plurimi Assyriologi exceptis paucis, imprimis Fridr. Delitzsch sibi persuaserunt sacerdotes illos sibi invenisse

scriptum furtivum atque occultam litterarum significationem, et linguam furtivam atque occultam, quae vocatur Sumerica; quam eos invenisse eo consilio, ne quis profanus suae gentis legeret atque nosceret. Quod si verum est, eosdem sacerdotes, quos solos in studio litterarum incubuisse constat, libentissime Iudaeo hosti portas bibliothecarum aperuisse atque quomodo legantur inscriptiones cuneiformes docuisse credis?! Suos cives litteras celabant, sed Iudaeorum populum, qui odio erat toti generi humano, docuerunt! Minime vero! Ceterum revoco in mentem ea, quae supra dixi de invidia nobilum Babyloniorum contra Danielum eiusque socios.

Denique si quis Abrahamum celebrare atque ornare volebat adiuvantibus traditionibus babylonicis, certissime plura scripsisset de Abrahamo; ipsum Abrahamum inimicissimum Kedorlaomeri fuisse atque regem Palaestinae, haec atque alia certe finxisset. Quae cum ita sint, hanc sententiam rectam esse argumentis demonstrari non potest, immo vero omnia, quae consideravimus atque deliberavimus, eae repugnant. Ergo eam reprobamus atque negamus Gen. XIV esse scriptum temporibus exilii aut post exilium a Iudaeo quodam de traditionibus babylonicis docto ad Abrahamum celebrandum Nostrae sententiae assentitur F. Hommel his verbis[1]): „Ganz abzuweisen ist die Ansicht der modernen Bibelkritik, dass Gen. 14 erst im babylonischen Exil von einem gelehrten Juden nach seinem keilinschriftlichen Bericht frei reproduziert sein solle.“ Kittel quoque illam sententiam reprobat his verbis (l. c. p. 161): „Bei diesem Stande der Dinge scheint mir die Annahme, dass wir in Gen. 14

1) „Aus der babyl. Altertumskunde“. Separatabdruck aus der „Aula“. 1895 (p. 552 sqq.), p. 13, qua de dissertatione collega Lic. Köberle me docuit.

eine historische Erinnerung aus alter Zeit vor uns haben, immer noch die grösste Wahrscheinlichkeit für sich zu haben. Jedenfalls giebt sie eine viel leichter zu vollziehende Vorstellung von der Entstehung des Stückes an die Hand, als die andere Annahme, bei welcher in höchst gezwungener, thatsächlich fast unmöglicher Weise auf die gelehrten Kenntnisse eines in der Verbannung lebenden Juden gerechnet werden muss.“

Sed quidnam de hoc capite est docendum? Mirabilem quandam sententiam Grotefend pronunciavit[1]), qui omnia, quae Gen. XIV scripta sunt, plane mythica esse dicit. Brevissime de hac sententia disputare liceat. „Eine sorgfältige Prüfung des Erzählten, ille ait, wird jedoch zeigen, dass es zwar sehr beachtenswert und belehrend, aber eine spätere Erfindung ist, wobei höchstens zugegeben werden kann, dass darin eine ältere babylonische Mythe zum Grunde liege.“ Nomen regis Kedorlaomeri ille interpretatur „Band zur Garbe“; id fictum esse dicit ut nomina omnium regum ibi citatorum eo tantum consilio, ut significaretur anni tempus. אַמְרָפֶל esse notionem veris, compositum e nomine caldaico אִמַּר־ „agnus“ et פֶּל pro פיל „magnus“. „Der Name אַרְיוֹךְ bezeichnet deutlich den Löwen, dessen Zeichen im Tierkreise dem der Ährenjungfrau vorher geht, sowie ihm der Herbt unter der Bezeichnung Kedorlaomer folgt“ „Hiernach wird der Winter durch die Zusammensetzung aus תִּדַע (Erfahrung) und עָל (Sonnenuntergang, vgl. Dan. 6, 15) תִּדְעָל angedeutet.“ „Die 5 Könige, welche 12 Jahre hindurch unter der Oberherrschaft Kedorlaomer's standen, und im 13. Jahre

---

1) Zur ältesten Sagenpoesie des Orients. ZDMG 1854. p. 772 bis 816. II. Der älteste Krieg auf Erden eine Dichtung aus späterer Zeit. p. 800—816.

von ihm abfielen, bezeichnen die 5 Ergänzungstage, welche im babylonischen und persischen Kalender am Schlusse des zwölfmonatlichen Jahres von 360 Tagen durch besondere Feste gefeiert wurden.“ Dissertationem his verbis concludit (p. 816): „Sowohl die Irrfahrt des Odysseus als der erste Krieg auf Erden in der Genesis sind nach den Erscheinungen innerhalb der vier Jahreszeiten geschildert.“ Neminem esse puto, qui has coniecturas rectas esse dicit. Ad irritum rediguntur eo, quod nunc inscriptionibus cuneiformibus ea nomina re vera hominum nomina esse scimus. Quare omnino refutanda est haec sententia, quamvis magna sagacitate a doctissimo illo viro defendatur.

Atque Hitzig alio modo hoc caput ortum esse dicit. Animum advertit in eam rem, quod reges orientis anno quarto decimo contra Palaestinam profecti sunt, atque comparat cum hac re, quod scriptum est 2. Reg. 18, 13: ובארבע עשרה שנה למלך חזקיהו עלה סנחריב מלך־אשור על־כל־ערי יהודה׃. Cum igitur utriusque belli a rege Asiae ad orientem versus sitae in Palaestinam gesti initium anno quarto decimo factum sit, idem bellum esse contendit his verbis (l. c. p. 45): „Dieser Umstand, beiderorts der gleiche, verrät, dass das wirkliche Ereignis sein Bild mit diesem einzelnen Zuge in die Vorzeit zurückwarf, und Kedorlaomer v. 4 ff. von Sanherib abgeschattet ist. Die auffällige Übereinstimmung erklärt man gerne für zufällig, wenn man nicht lieber von ihr schweigt.“ Sed haec una res minime sufficit ad eam sententiam demonstrandam; accedit quod reges ex oriente quidem veniunt, sed Sanheribus rex Assyriae, Kedorlaomerus autem rex terrae Elamiticae erat. Qua de causa reprobanda est ea quoque sententia; atque illa convenientia anni quarti decimi re vera forte evenit et casu accidit, quamquam id negat Hitzig. Refutat eam sententiam etiam Tuch

(1 c. p. 247) neque ullus doctorum huius aetatis inveniri potest, qui eius particeps est.

Cum omnes adhuc, quorum sententias de hoc capite commemoravimus, id recentioribus temporibus fictum esse putent, Kittel e contrario antiquissimis temporibus id scriptum esse dicit his verbis (l. c. p. 158 sq.): „Die schriftstellerische Eigentümlichkeit des Stückes erklärt sich thatsächlich nicht mit sehr später, sondern nur mit ausländischer Abfassung.“ Deinde hanc coniecturam ille facit (p. 159): „dass es sich hier um ein uraltes, kenaʿanäisch-phönikisches Schriftstück handle, vielleicht entstanden im Kreise einer vorisraelitischen Priesterschaft Kenaʿans, in den Tischreden beim Opferschmauss in Umlauf gesetzt und so in die Kreise der israelitischen Priester übergegangen.“ Hoc ea de causa verisimile esse opinatur, quod in v. 13 Abrahamus nominatur הָעִבְרִי, Hebraeus. Sed hanc appositionem satis bene eo interpretamur, quod dictum est ad sententiam fugientis nuntii, הַפָּלִיט, qui Abrahamo nuntium affert quinque reges Kanaanitarum victos, Lotum captum esse. Hunc non ex Hebraeis, sed ex iis fuisse, qui nati erant in ipsa terra verisimillimum est; qua de causa, ut huius ad sententiam diceretur, cui Abrahamus peregrinus atque externus erat, optime ab auctore appellari potuit hoc nomine, quo exprimebatur eum non esse natum in terra Kanaanitica. Quod nomen הָעִבְרִי si tali modo interpretamur, neque glossam postea additam esse dicimus. Hoc igitur unum argumentum, quod Kittel affert, minime nos cogit eius sententiam accipere. Neque credi potest illam historiam narratam esse in epulis sacrificiorum a sacerdotibus kanaaniticis et hoc modo etiam translatam esse ad sacerdotes israeliticos. Num sacerdotum kanaaniticorum interfuit illud bellum memoriae tradere, in quo incolae Palaestinae ipsi minimas atque tristissimas partes agebant,

in quo omnino devicti et tantum auxilio perigrini, Hebraei illius liberati sunt? Minime! Ergo hanc quoque coniecturam reprobamus.

Omnes viri doctissimi, quorum sententias adhuc attuli, excepto ultimo e nostro capite nihil consequi dicunt, ex quibus intellegatur Abrahamum personam historicam esse; immo vero id a rerum veritate abhorrere. Quorum sententias quoniam reprobavimus et demonstravimus, Gen. XIV non fictum esse, restat, ut dicamus, quid ipsi de hoc capite sentiamus. Sequor equidem sententiam eorum, qui credunt id antiquissimis temporibus ortum esse. Liceat afferre ipsa verba horum doctorum. Ewald iudicat (l. c. p. 70, adnot.): „Man sollte allen Spuren nach meinen, dies ganze Stück sei in vormosaischer Zeit geschrieben.“ Dillmann dicit (l. c. p. 233), se ad opinionem adduci, „dass hier eine eigentümliche und zwar sehr alte Quelle fliesse.“ Tuch in ea dissertatione, in qua accuratius de illa regum expeditione disseruit (ZDMG 1847, p. 161—194), in exordio dicit: „Es enthält doch dieses, wie jetzt als bewiesen vorausgesetzt werden darf, uralte geschichtliche Dokument eine Anzahl von Andeutungen, die uns willkommene Blicke in jene Zeit fast erloschenen Andenkens werfen lassen.“ Kittel, cuius de sententia iam supra disputavimus, dicit (l. c. p. 158): „Es (i. e. das Stück Gen. XIV) zeigt andrerseits unverkennbare Spuren hohen Alters“. Baudissin idem spectans haec facit verba (l. c. p. 67): „Die Erzählung vom Kriegszug Abrahams oder doch von dem der Könige des Ostens lässt sich m. E. als eine tendenziöse Dichtung nicht begreifen, vielmehr nur als die Erinnerung an ein historisches Ereignis. Wenn dieser Eindruck ein richtiger ist, so wird Gen. XIV mit seiner einzigartigen Darstellung des Abraham als eines Kriegshelden ver-

mutlich einer der ältesten Bestandteile der Genesis sein." Assentitur denique Andreae quoque (l. c. p. 421) dicens: „Es ist daher wohl anzunehmen, dass das Alter der der Erzählung zu Grunde liegenden Quelle bis nahe an die Zeit der berichteten Ereignisse heran reiche" (Hommel l. c. p. 13: „eine offenbar sehr alte hebräische Überlieferung").

Verisimillimum esse puto, non ita multo postquam res ibi traditae gestae erant, eas litteris mandatas esse, ut memoriae tradantur, et hanc scriptam traditionem auctori capitis notam fuisse. Andreae opinatur (l. c. p. 422), Melchisedekum primum has res descripsisse, cum ei magni momenti fuerit, quod reges illi devincerentur; hoc facile intellegi posse ex ea re, quod Abrahamo obviam ierit atque eum benedixerit. Haec sententia autem verisimilis non est. Equidem illud scriptum hebraica lingua, non alia compositum fuisse sentio, cum Gen XIV, quale nunc est, minime transscriptio aut translatio ex lingua alia videtur esse. Argumentis certis vero demonstrari hac in re nihil potest, coniecturae sunt, quarum una tantum verisimilior est, quam altera. Hoc caput autem, quale nunc est, ab ipso Mose compositum atque scriptum esse puto; sed hoc quoque strictissime demonstrari non posse concedo, nulla autem causa mihi conscia est, cur eum hoc non scripsisse dicam. Si modo Moses scripsit, — et permulti homines docti nostris temporibus hoc quidem concedunt varia in pentateucho, quem vocant, ab eo scripta esse – si deinde illa traditio non ita multo post res gestas litteris mandata est, quod ipsum quoque a permultis conceditur, et ea de causa notissima erat populo Israelitico, non est, cur Moses illud caput non scripserit, cum ille maxime idoneus fuerit ad id faciendum.

Minime autem illa v. 18—20 de Melchisedeko rege scripta postea addita sunt. שָׁלֵם in v. 18 meâ quidem

senteutiâ congruit cum יְרוּשָׁלַםִ. quod ipsum Ps. 76, 3 שָׁלֵם nominatur. Accedit, quod Ps. 110, 4 legimus: אַתָּה־כֹהֵן לְעוֹלָם עַל־דִּבְרָתִי מַלְכִּי־צֶדֶק, et Dillmann recte dixisse mihi videtur (l. c. 243): „Aber die Vergleichung Davids mit Malkiṣedeḳ in Ps 110, 4 erscheint treffender, wenn dieser in derselben Stadt König war.“ Assentitur quoque huic sententiae Köhler (l. c. p. 106) atque Wellhausen (Comp. d. Hexat. p. 414). Sed Wellhausen, ut supra iam commemoravi, ex hac ipsa re consequi dicit hos versus postea templi Salomonis celebrandi causa interpolatos esse. Cuius sententiae assentitur etiam H. Schultz his verbis (A.tliche Theol.[4] p. 87 adnot.): „Dass wiederum v. 18—20 ein spätes Einschiebsel sind, bestimmt, der hl. Stadt Jerusalem-Salem eine schmerzlich vermisste Weihe aus der Urzeit zu geben, und hier eingeschoben, wo das „Königsthal“ dazu einlud, zeigt das einfache Lesen des Abschnittes jedem Unbefangenen.“ Sed hoc nihil fidei habet! Homo Iudaeus id non finxisset sacerdoti alieno, quamvis coleret אֵל עֶלְיוֹן, se subigere seu se inferiorem illius esse patriarcham dicere, patrem sacerdotum iudaeorum. Hoc autem ibi fieri satis apparet ex his verbis, quae de Abrahamo dicta esse constat: וַיִּתֶּן־לוֹ מַעֲשֵׂר מִכֹּל; hoc approbatur etiam verbis Ebr. 7, 2 scriptis: *ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ*, et v. 4: *ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης*. Quia hoc facit Abrahamus, ipse Melchisedekum regem-sacerdotem sibi maiorem esse concedit, quia inferior superiori decumas dare debet. Quare ex eo, quod tam secure et simpliciter hoc loco Abrahamus, pater atque auctor populi Israelitici nec non sacerdotii Aaronitici atque Hierosolymitani, se subicit sacerdotio alieno, satis atque luce clarius consequitur, minime hac re templum Salomonis, sacerdotium Hierosolymitanum celebrari sive exornari. Qua de causa omnino non demonstrari potest

hos versus esse postea interpositos. Accedit, quod effici non potest Melchisedekum non esse personam historicam. Jos. 10, 1 rex Hierosolymorum citatur nomine אֲדֹנִי־צֶדֶק, quod simile est huic מַלְכִּי־צֶדֶק; saepius autem reges eiusdem gentis seu eiusdem urbis similibus nominibus appellantur. Quod autem hic Melchisedekus simul rex et sacerdos est, non est mirandum, quia hoc saepius ita fuisse constat. Assentitur nostrae sententiae Kittel his verbis (l. c. p. 162): „Auch für die rätselhafte Gestalt Melchisedeks lässt sich die Geschichtlichkeit mit überwiegenden Gründen wahrscheinlich machen“; atque ad illam rem, quod Melchisedekus et rex et sacerdos fuit, hoc affert: „In der ägyptischen Geschichte sind die 21. Dynastie nur Priesterkönige.“

Haec est nostra conclusio: primum quidem demonstravimus Gen. XIV non esse fictum, ut Nöldeke, Meinhold, Wellhausen volunt; deinde comprobavimus hoc caput non esse scriptum eo modo, ut Iudaeus quidam in exilio inscriptionibus babylonicis adiuvantibus id fingeret ad Abrahamum celebrandum, ut Assyriologi plurimi volunt; denique sententias, quas protulerunt Grotefend, qui mythicum, Hitzig, qui ex Sanheribi expeditione fictum, Kittel, qui antiquum kanaanitico-punicum scriptum esse dicunt, rectas non esse demonstravimus. Relinquitur, ut nostram sententiam, cuius multi nec non docti participes sunt, teneamus Gen. XIV esse antiquissimum scriptum hebraicum. Quod dignissimum quoque esse, cui credatur, nunc meum est demonstrare.

II.

Gen. XIV an sit dignum, cui credatur.

Ac priusquam accedo ad demonstrandum id, quod necesse est, liceat afferre sententias duorum, ex quibus

intellegi potest, quanti habeant hoc caput. Meinhold quidem valde contemptim de eo iudicat dicens (Jesus u. d. A. T. p, 125): „Keinesfalls kann man diesen Abschnitt zu einem Beweis für die Geschichtlichkeit der Patriarchen gebrauchen.“ Multo aliter Ewald, qui plurimi aestimat et semel atque iterum dicit ex hoc uno capite patriarchas re vera fuisse effici. Sic ait, ut exempla afferam (l. c. p. 353): ad demonstrandum Abrahamum personam historicam esse, exstare fontem: „das Stück kleinen Umfangs, aber für den Geschichtsforscher unschätzbaren Wertes Gen. 14“, atque haec magna addit: „Wer der genaueren Erkenntnis dieses Stückes gegenüber noch an Abrahams und Lots wirklichem Leben und an der geschichtlichen Grösse jenes zweifeln möchte, der würde kaum irgend etwas Geschichtliches in diesem Gebiete mit Gewissheit einzusehen den rechten Anfang machen.“ Atque quanti faciat Gen. XIV, ex his quoque verbis apparet (p. 367): „Da Lot nur in der Sagengeschichte einen Namen hat und im gewöhnlichen Leben immer nur von Moab und Ammon gesprochen wurde, so könnte man sogar vermuten wollen, er habe nie ein wahres geschichtliches Dasein gehabt: spräche nicht das uralte Stück Gen. 14 solchen Annahmen von vorne an das Urteil.“

His praemissis veniamus ad rem! Nöldeke in altera dissertatione („Die Ungeschichtlichkeit etc.“ p. 160 adnot.) haec facit verba: „Es sollte mich übrigens gar nicht wundern, wenn beherzte Keilschriftforscher, die immer eine so vortreffliche Harmonie zwischen den Steinurkunden und ihrer Auffassung des alten Testaments zu finden wissen, auch einmal Genaueres über Kedorlaomer und seine Verbündeten in ihre Inschriften hinein lesen würden.“ Rectissime animo providit Nöldeke, re vera reperti sunt illi, quos ipse ironice appellat „beherzte

Keilschriftforscher", qui de illis regibus nomina et nova alia quaedam invenisse putant; sed ea nomina non suis opinionibus irretiti in illas inscriptiones transtulerunt, sed, ut videbimus, re vera in illis inscriptionibus invenerunt. Atque nunc de hac re mihi disputandum est, ac primum quidem brevius de nominibus geographicis, deinde de imperio Elamitarum, denique de singulorum regum, qui Gen. XIV citati sunt, nominibus.

Ac primum quidem pauca dicam de nominibus geographicis, quae Gen. XIV traduntur. שִׁנְעָר, quod nomen a multis comparatur cum assyriaco Šumêru (cf. Delitzsch: Wo lag das Paradies? sub שִׁנְעָר. Schrader: KAT² p. 135), hebraice significat cum totam Babyloniam, tum eam partem Babyloniae, quae ad meridiem spectat. Neque minus alterum nomen אֶלָּסָר quid significet, inter omnes constat; idem est atque babylonice Larsa, Larsav (cf. Delitzsch, ibid. p. 225. Schrader, l. c.). עֵילָם deinde idem est atque assyriace „Elamtu", magnum illud imperium in orientem atque meridiem versus ab Assyria situm. גּוֹיִם denique nomen geographicum minime esse potest, sed nomen populi cuiusdam est, cuius rex ipse quoque socius erat Kedorlaomeri. Postea accuratius de hoc nomine est disserendum (p. 101 sq.). Nunc, quid de imperio Elamitico ex inscriptionibus cuneiformibus demonstrare possim, afferam.

Semel atque iterum prioribus temporibus magnae suspicioni erat, quod Kedorlaomerus, rex terrae Elamiticae, dux illius expeditionis fuisse traditur, et rex Babyloniae tantum eius socius. Sed inscriptiones cuneiformes omnino approbaverunt Elamitas saepius Assyriis et Babyloniis imperavisse. Tres inscriptiones hanc ad rem demonstrandam afferre velim. Una est ea regis Sardanapali, quae vocatur „Annaleninschrift des Rassam-Cylinder" (V. R. 1—10. Schrader: KB II, 152—236). Hac in in-

scriptione describuntur complures expeditiones contra reges Elamiticos, denique Col. V, 90 — VII, 81 ultima expeditio contra regem Um-man-al-da-si, quae finiebatur expugnatione capitis urbis Susae, traditur. Sardanapalus rex ex hac urbe cum magnam praedam, tum statuam deae Nanna portavit, de qua haec tradita sunt Col. VI, 107 sqq.: „^{ilu}Na-an-na-a ša 1635$^{a\text{-}an}$ šanâti 108 ta-as-bu-šu tal-li-ku tu-ši-bu 109 ki-rib ^{mât}Elamtu ašar la si-ma-ti-e-ša 110 u ina ûpl.-me-šu-ma ši-i u ilâni abî-ša 111 tab-bu-u šu-mi a-na be-lut mâtâti 112 ta-a-a-rat ilu-ti-ša tu-šad-gi-lu pa-nu-u-a 113 um-ma ^{m}Ašur-bâni-aplu ultu ki-rib ^{mât}Elamtu 114 lim-ni-ti u-še-ṣa-an-ni-ma 115 u-še-rab-an-ni ki-rib E-an-na“, i. e. „Dea Nanna, quae 1635 annos irascebatur atque ierat et consederat in terra Elamitica, loco ea non digno, — illis temporibus ipsa et dei patres eius meum nomen ad imperium terrarum pronunciaverunt(?) et me se, deam, ipsa redigere iussit his verbis: Sardanapalus me ex mala terra Elamitica educito et in templum Eannam me introducito.“ Hac ex inscriptione apparet 1635 annos ante hanc Sardanapali expugnationem Susae, quae fiebat septimo saeculo a. Chr. n., regem Elamiticum Assyriis bellum intulisse atque eos omnino devicisse, ut ipsas dearum statuas ex templis rapere et secum portare posset. Cum Assyriis autem et Babylonios subactos fuisse, Elamitas igitur illis temporibus primos illarum gentium fuisse verisimillimum est. Magni momenti deinde hoc mihi esse videtur, quod Assyrii per tam multos annos has dearum statuas non repetiverunt sive repetere non potuerunt.

Altera inscriptione de eadem expugnatione agitur et approbatur, quod iam supra diximus, et Babylonios ab Elamitis subactos fuisse; accedit, quod hoc loco nomen illius regis Elamitici subigentis terram Babyloniorum atque Assyriorum nominatur. Haec sunt illius

inscriptionis verba, de quibus hoc loco agitur 1): „m Ku-dur-na-an-ḫu-un-di amêlu E-la-mu-u ša ni-iš ilâni rabûti la (ip-la-ḫu; sic est supplendum secundum KB), 13 ša ina ša-ni-e ṭi-e-me a-na e-muk ra-ma-ni-šu [it-tak-lu] 14 a-na eš-ri-e-ti mât Akkadî kât-su id-du-u-ma u-šal-pi-tu mât Akkadû ..... 15 ûmê im-lu-u uk-ki-pa a-dan-nu ilâni -rabûti ip-še-ti e[mu-ru-ma] 16 a-na 1635 šanâti šal-pu-tim amêl E-la-me [e....] 17 ia-a-ti mAšur-bâni-aplu rubû pa-liḫ-šu-nu a-na sa-pa-aḫ mât [Elamtu] 18 u-ma-'-ir-u-in-ni-ma.“ „Kudurnanḫundius Elamita, qui sublationem (?) deorum magnorum non timebat, qui in perturbatione animi suis ipsius viribus confidebat, templis Akkadi manus admovit, Akkadum perdidit ..... Dies complebantur, tempus advenit, dei magni res gestas videbant, post 1635 annos eversiones Elamitae (ulciscebantur): me Sardanapalum, sanctum, qui eos colens timet, ad terram Elamiticam dissolvendam atque devastandam miserunt.“ Ex hac inscriptione hoc concludendum est, expugnationes Elamitarum pertinuisse non solum in Assyriam, sed etiam in Babyloniam, quia ibi bis Akkadus commemoratur, quam provinciam septentrionalem Babyloniae fuisse constat, cum Sumerus provincia in meridiem spectans esset. Deinde nomen regis Elamitici traditur: Kudurnanchundi. Huius nominis duae partes sunt: Kudur et Nanchundi, quod mentibus mandemus.

Ex eadem inscriptione Sardanapali, quam in priore loco citavi, alius quidam locus commemorandus est. Sardanapalus postquam Susam expugnavit, permagnam praedam, ut iam dixi, secum portavit. Huius praedae in exordio ipsius inscriptionis tres partes commemorantur, Col. VI, 1—15. Prior pars praedae haec est, quam ipsi

1) K 2631. Smith: History of Assurbanipal. p. 250 sqq. Schrader: KB II. p. 208 sq. adnot. 10.

reges Elamitici sibi pepererunt, altera est haec, quam expugnationibus sibi ceperunt, tertia est haec, quam ipsi Assyrii Elamitis foederis faciendi causa miserunt. De altera parte, de qua hic agitur, haec facit verba; Col. VI, 7—10: [7] kaspu$^{\text{pl.}}$ ḫuraṣu$^{\text{pl.}}$ bušû$^{\text{pl.}}$ namkûru$^{\text{pl.}}$ ša Šumêri u Akkadi [8] u ^{mât}Kar-^{ilu}Dun-iá-áš ka-la-mu [9] ša šarrâni ^{mât}Elamti maḫ-ru-u-ti [10] a-di 7 (šibì)-šu iš-lu-lu u-bi-lu ki-rib ^{mât}Elamti" i. e. „Argentum, aurum, bona fortunaeque, thesauri ex Sumero et Akkado et Karduniascho tota, quae reges terrae Elamiticae septies expugnantes ceperunt atque portaverunt in terram Elamiticam." Haec quoque inscriptio de duabus rebus nos certiores facit. Ac primum quidem facile ex ea intellegitur, totam Babyloniam prioribus temporibus a regibus Elamiticis subactam esse. Hoc ex eo apparet, quod omnes partes Babyloniae deinceps nominatae sunt. De Sumero et Akkado iam supra verba fecimus; Kar-Duniaš autem, nomen kossaeum, quod interpretatur „hortus dei Duniaš", ipsa quoque provincia Babyloniae est, atque, ut Fridr. Delitzsch comprobat, ea provincia, quae erat proxima circum Babylonem urbem. Nam haec tali fertilitate atque pulchritudine fuisse constat, ut optimo iure appellari posset „hortus dei". Quae cum ita sint, his verbis primum quidem hoc dicitur totam Babyloniam, et septentrionalem et mediam et in meridiem spectantem ab Elamitis subactam fuisse. Deinde animum in hanc rem advertamus, quod ibi dictum est: adi šibišu išlulu i. e. septies expugnaverunt. Quibus ex verbis consequitur septies Elamitas principatum Assyriae Babyloniaeque obtinuisse. Quod si consideraverimus animo, intellegemus Elamitas prioribus temporibus potentissimos fuisse atque saepius populos, qui in Mesopotamia etc. habitabant, subegisse. Quare minime est mirandum, regem Elamiticum, ut Gen. XIV traditur, esse ducem expeditionis atque caput,

cuius socii sunt cum ceteri reges, tum rex Babyloniae. Fortasse illis temporibus primum Elamitae Babyloniam subegerunt, fortasse Kedorlaomerus est primus eorum, qui principatum illarum regionum impetraverunt, et alius ex successoribus eius, cum septies eos expugnasse ex inscriptionibus appareat, erat Kudurnanchundius ille, de quo Sardanapalus in inscriptionibus suis verba fecit. Ergo utique haec res minime suspicioni esse potest, quod in nostro capite primus regum non est rex Babyloniae, sed rex Elamiticus, ille autem huius socius atque cliens.

Iam vero permultis offensioni erat, quod Gen. XIV dictum est illos reges e tam remotis regionibus, ex oriente extremo expeditionem fecisse in ultimum Asiae occidentem atque bellum intulisse incolis Palaestinae! Sed nostris temporibus re vera inscriptionibus cuneiformibus demonstratur illa regna magna vi atque auctoritate fuisse in regna occidentalia, in Syriam, Phoeniciam, Palaestinam, atque permultum apud ea valuisse. Atque id demonstratur illis inscriptionibus, quae repertae sunt in vico Tell el-Amarna. Approbant enim linguam, quae publice adhibebatur inter Aegyptum et Babyloniam, linguam inscriptionum cuneiformium fuisse, quo satis apparet, quanta fuerit vis atque auctoritas Babyloniae in totam Asiam occidentalem usque ad Aegyptum. Optimo iure igitur Hommel ad hanc rem dicit (l. c. p. 6): „Die Thatsache, dass das Babylonische, nicht etwa das Aegyptische die offizielle Sprache des diplomatischen Verkehrs in ganz Vorderasien und gegen das Ende des 15. vorchristlichen Jahrhunderts war, kann nur erklärt und begreiflich gemacht werden, wenn eine längere, zum mindesten mehrere Jahrhunderte dauernde, kulturelle Einwirkung einschneidendster Art von Babylonien aus auf Syrien und Palästina stattfand, und eine solche

Einwirkung wiederum ist nur verständlich, wenn es eine Zeit gab, wo das „Westland“ auch politisch von Babylonien abhängig war, was natürlich wiederum eine vorherige kriegerische Invasion voraussetzt.“ Hoc unum statuendum esse dicit (p. 9): „dass schon damals cr. 2250 v. Chr. ganz Syrien, Phoenizien, Palästina und ein grosser Teil Arabiens unter dem direkten Einfluss der babylonischen Kultur stand, einem Einfluss, der nicht nachhaltig genug gedacht werden kann.“ Atque A. H. Sayce Oxfordiensis, cum de arte scribendi atque legendi apud populos terrae Kanaaniticae verba facit, optime de effectu huius Babylonicae auctoritatis in regiones occidentales haec dicit[1]): „Thanks to the discovery of the cuneiform tablets of Tel el-Amarna in Upper Egypt, we now know that in the century before the exodus people were reading and writing and corresponding with one another throughout the civilised East, from the banks of the Euphrates to those of the Nile. And this was not all. The correspondence was carried on in the cuneiform charakters, and for the most part in the language of Babylonia, necessitating the existence of schools where the foreign language and script could be taught and learned. What this means can be realised only by those who have studied the vast and complicated Babylonian syllabary.“ Re vera permagna fuit illa auctoritas babylonica.

Neque dubitandum est, quin haec auctoritas fuerit re vera etiam iis temporibus, quibus reges Elamitici Babyloniam subegerant, ita ut contra Gen. XIV non possit opponi ibi non regem Babyloniae, sed regem Elamiticum cum sociis in Palaestinam proficisci. Hommel quidem l. c. verisimile esse putat iam antiquissimis

1) The Contemporary Review. 1895. Vol. 68. p. 480.

temporibus cr. 2000 a. Chr. n. ex terra Elamitica colonias in Africam septentrionalem per Arabiam deductas esse, qua ex re hoc consequeretur, Elamitas quoque pro virili parte maxime participes fuisse illius Babylonicae auctoritatis in Palaestinam aliasque terras occidentales. Accedit, quod rex Elamiticus, Kudur-Mabuk(g), in inscriptionibus cuneiformibus hoc habet cognomen: „AD.DA mât MAR.TU." AD seu AD.DA ideogramma est pro „abu" i. e. pater (Delitzsch: HWB 3a) MAR.TU deinde est ideogramma pro „aḫarrû" i. e. occidens, „Westseite, Westen" (HWB 45a). Totum illud cognomen ergo est legendum „abu mât aḫarrê", i. e. „pater terrae occidentalis." „Mât aḫarrê" autem, „terram occidentalem" in inscriptionibus cuneiformibus Palaestinam et Phoeniciam significare constat (Delitzsch HWB 44b: „Westland, die babyl.-assyr. Bezeichnung der Länder an der Mittelmeerküste, spez. Phoeniziens-Palästinas"), ita ut mare Mediterraneum in inscriptionibus his verbis significetur: „tam-di rabî-te (Gen.) ša mât a-ḫar-ri" (III R 4 No. 6, 8) i. e. „mare magnum terrae occidentalis". Quae cum ita sint, hoc cognomine demonstratur regem Elamiticum fuisse dominum Palaestinae, si modo concedimus hoc cognomen rem veram effari neque sola gloria atque vana de se praedicatione a rege illo sibi appositum esse. Sed hoc post ea, quae supra de auctoritate orientis in regna occidentalia disseruimus, non est putandum, immo vero hoc credendum est re vera illum regem „terrae occidentali" imperasse. Si hoc probas, quod ex interpretatione inscriptionum cuneiformium necesse esse videtur, omnino non tibi offensioni esse potest, quod Gen. XIV illi reges duce rege Elamitico ex oriente extremo expeditionem fecerunt in ultimum Asiae occidentem, sed concedere debes rebus veris hoc omnino congruere.

Deinde illos reges personas historicas fuisse ex inscriptionibus cuneiformibus intellegere possumus, qua de causa nunc de iis eorumque nominibus omnia, quae possum afferam.

Ac primum quidem nomen prioris regis כְּדָרְלָעֹמֶר omnino nomen Elamiticum est. Dividitur in duas partes, quarum una est כדר, altera לעמר, et utramque partem ex lingua Elamitica esse facile demonstrari potest. Saepius hoc vocabulo כדר ad nomina propria formanda utebantur, atque elamitice, quod quidem ex inscriptionibus intellegimus, legebatur „kudur". Nomen utriusque regis Elamitici, cuius nomen iam citavimus, hoc verbo compositum est: Kudur-Nanchundi et Kudur-Mabuk. Praeterea alium regem Elamiticum Sanheribus commemorat in inscriptione illa, quae vocatur Taylor-Prisma. Col. IV, 43 sqq. expeditio Sanheribi contra regnum Elamiticum describitur, atque 69—71 haec scripta sunt: „iš-mê-ma ki-šit-ti ^{70} alâni-šu ^{m}Kudur- ^{ilu}Na-ḫu-un-du ^{amêl}E-la-mu-ú im-kut-su ^{71} ḫat-tum" i. e. „audiebat expugnationem oppidorum suorum Kudur-Nachundu Elamita, terrore afficiebatur." Idem nomen habet hic Sanheribi aequalis atque ille rex antiquioris temporis; nam Nachundu et Nanchundu, dei nomen, ut ex praeposito determinativo „ilu" i. e. „deus" intellegitur, idem est. Hoc igitur verbo „kudur" etiam nomen כְּדָרְלָעֹמֶר compositum est. Sed etiam altera pars nominis Elamitica est. Ut enim nomen Kudur Nanchundu compositum est ex „kudur" et ex dei cuiusdam nomine, ita etiam nomen Kedorlaomeri ex „kudur" et ex alii dei nomine formatum est. לָעֹמֶר esse nomen dei Elamitici ex inscriptione illa Sardanapali, quam iam saepius citavimus, demonstratur, qua in inscriptione inter praedam ex Susa urbe deleta expugnatam etiam hi dei commemorantur (Col. VI, 33 sqq.): „^{ilu}Šu-mu-du ^{ilu} La-ga-ma-ru ^{34} ^{ilu}Pa-ar ti-ki-ra ^{ilu}Am-ma-an-ka-si-bar ..... ^{44} ilâni

ištarâti ša-a-tu nu .... [47] aš-lu-la a-na Ašur^{ki}" i. e. „Sumud, Lagamar, Partikira, Ammankasibar .... hos deos deasque ... portavi in Assyriam." „Lagamaru" idem esse atque לָעֹמֶר ab omnibus conceditur; conferas quod LXX quoque hoc nomen scripserunt *Χοδολλάγομορ*, hebraicum Ain ע reddentes graeco Gamma *γ*. Quae cum ita sint, hoc nomen scribendum est: Kudur-Lagamar, quod nomen fortasse interpretandum est: filius, servus dei Lagamar; sed haec interpretatio non satis demonstrata, immo verisimilis est.

Per longum tempus inscriptiones cuneiformes perscrutabantur, nonne hoc quoque nomen Kudur-Lagamar inveniri posset, sed adhuc frustra erat. Nuper denique Mr. Pinches se id reperisse putat; de hac re Schrader deinde in sessione academiae Berolinensis 24. Octob. 1895 disseruit[1]). Reperit Pinches tabellam, in qua persona quaedam commemoratur hoc nomine: „^{m}KU.KU.KU.-mal" (scripsit mihi Sayce quoque de hac re interroganti epistulam, in qua hoc nomen scribit: „^{m}KU.KU.KU.KU-mal", sed addit: „KU.KU, also written KU"). De hac persona in illa tabella dicitur: „mâru-šu ina paṭri parzilli šibbi-šu lib-ba-šu it-ta ....", quorum verborum interpretatio difficilis est. Nam interpretari possumus: „ille filii sui cor pugione ferrea cinguli (transfodit?)", et etiam: „filius eius (sc. personae supra commemoratae) cor eius (suum?) pugione ferrea cinguli transfodit." In alia deinde tabella eiusdem generis, in qua aliud fragmentum historicum est (Pinches: „an another historical fragment"), eadem persona supra commemorata significatur „šar ^{mât}E-la-mat", i. e. „rex terrae Elamiticae",

1) Sitzungsberichte. 1895. p. 961—964: „Über einen altoriental. Herrschernamen."

quae adnotatio magni ponderis est, cum Gen. XIV agatur de rege Elamitico.

Quomodo autem illud nomen legendum est? Prior pars difficilis non est. Cum „ku“ etiam legi possit „dur“ et „tuš“, nos autem sciamus, illud nomen Elamiticum esse, quibus in nominibus saepius, ut supra demonstravimus, prior pars est „ku-dur“, sine dubio etiam in hoc nomine nobis legendum est: „Ku-dur“. Quomodo autem altera pars legatur, dubium esse potest. KU esse ideogramma pro „Lagamal“ (quod nomen idem atque Lagamar esse inter omnes constat) ita, ut hoc loco „mal“ sit complementum phoneticum, adhuc demonstrari non potest. Sed Sayce mihi de hoc signo „KU“ nonnulla scripsit, quae magni ponderis videntur esse, cum Schrader haec silentio praetermittere coactus fuerit, quia nondum in medium prolatum est. Scripsit ille: „Mr. Pinches shows that KU.KU (also written KU) can be pronounced lakh (or lagha)“. Iterum postea ab humanissimo illo A. H. Sayce 1) epistulam accepi, qua me docet, quomodo Pinches demonstrat syllabam KU etiam legi posse „lakh or lagha“, scribens: „Mr. Pinches‘ paper still remains unpublished, but I now have his permission to state two of his proofs that KU and KU.KU = lakh. 1) He has found Eme-KU glossed by Eme-lakh-kha. 2) He has found pa-KU with the variant pa-li-ikh“. Hoc satis superque demonstrat KU etiam legi posse „lakh“ aut „lagha“. Ergo optimo iure illud nomen „^{m}KU.KU.KU.(KU)-mal“ ita legendum est „^{m}Ku-dur-lagha-mal“, atque dicendum est hoc nomen idem esse atque hebraicum כְּדָרְלָעֹמֶר.

---

1) Summas gratias hoc quoque loco doctissimo utrique ago, quod de illis rebus tanta cum benevolentia me certiorem fecerunt.

Permagni, quae cum ita sint, interest plura a Pinches de his tabellis in publicum proferri. Nos, cum plura nobis non sint nota, adhuc caute de hac re dicere debemus, sed Schrader quoque dicit (l. c.): „Eine gewisse Wahrscheinlichkeit, dass der Königsname so „Kudurlagamal“ zu lesen, und versetzt uns der Bericht wirklich in eine so frühe Zeit elamitisch-babyl. Geschichte, sein Träger mit dem historisch überlieferten Kedorla'ômer identisch sei, mag immerhin zugegeben werden.“ Ipse Pinches et Sayce, quorum utrumque inscriptionum cuneiformium peritissimum esse omnes scimus, hoc re vera idem nomen atque eandem personam atque כְּדָרְלָעֹמֶר esse sibi persuaserunt.

Accedit, quod aliud nomen in eadem tabella commemoratur, quod ad hanc quaestionem diiudicandam multum valet. Nam in tergo eiusdem tabellae inscriptio est, de qua Schrader eodem loco haec dicit: „Der Wortlaut in Zeile 11 und 12 . . . . lässt auf einen Kampf schliessen, der in oder um Babylon Statt hatte, ohne dass wir über Zweck und Ziel desselben irgend etwas aussagen könnten.“ „Darnach — in welchem Zusammenhange ist schlechterdings nicht zu sagen — begegnet uns der Name ᵐTu-ud-ḫal-a mâr ᵐGaz-za . . . .“ Hoc idem nomen esse atque hebraicum תִּדְעָל verisimillimum est. Cheth assyriacum congruit saepissime habraico Ain. Ut exemplis utar, III R 5 No. 6, 26 scriptum videmus „ᵐIa-ú-a mâr Ḫu-um-ri“ i. e. hebraice יֵהוּא בֶּן־עָמְרִי; praeterea urbs Philastaea עַזָּה assyriace appellatur „Ḫazzatu“. Ergo hoc quoque nomen תִּדְעָל ex inscriptionibus cuneiformibus rectissimum atque re vera nomen personae historicae esse demonstratur. Concedit hoc Schrader quoque his verbis: „Rein graphisch ebenso wie lautlich ist gegen diese Zusammenstellung nicht wohl etwas einzuwenden und da eine Bezeichnung des Volkes oder Reiches, über das er

gebot, nicht namhaft gemacht wird, steht auch in dieser Beziehung keinerlei Schwierigkeit entgegen." Quod Gen. XIV, 1 hic rex appellatur מֶלֶךְ גּוֹיִם, iam supra dixi גּוֹיִם hoc loco nomen geographicum non esse, sed nomen populi cuiusdam. Duae sententiae, quem populum significet, adhuc mihi notae sunt. Ac primum quidem H. Rawlinson acute atque sagaciter coniecit, גּוֹיִם scriptum esse pro גּוּתִים, quod idem esse atque assyriacum Ḳûtî dicit. „Mât Ḳûtî" i. e. „terra Kutiorum" sita erat ab Assyria spectanti in meridiem atque in orientem versus. Deinde Sayce, quid ipse de hoc populo sentiat, his verbis mihi scripsit: „In fact I have not yet published any detailes account of the fragmentary tablets lately discovered by Mr. Pinches (excepting only a note in the Academy pointing it that the גּוֹיִם of Genesis must be the Umman-Manda of the tablets)." Umman Manda, quod nomen est compositum ex „ummân" i. e. populus, plebs, et ex „mandu" = ma'adu i. e. multus (cf. מְאֹד), interpretamur „magnus populus", et est hoc nomen, ut ait Delitzsch (HWB 87b) „Gesammtbezeichnung der zeitweise unter Mediens Vorherrschaft stehenden, Assyrien feindlichen nordischen Völker, der Gimirräer, Mannäer, Skythen u. a. m." Pro priore coniectura, cui Schrader quoque assentitur, afferam nominum voces melius consentire; pro altera autem, quod vis et notio nominum גּוֹיִם et Umman-Manda consentiunt, cum utrumque in universum complures gentes significet sine certo atque speciali discrimine singularum, et utrumque germanice interpretari possimus „Völkerhorde". Atque verisimilior et aptior haec a Sayce allata sententia mihi videtur esse, praesertim cum hac accepta non necesse sit coniecturam nominum (גּוֹיִם pro גּוּתִים) facere; accedit, quod hoc nomen Umman-Manda in illis tabellis nominatur, populus Kutiorum vero minime. Scribit enim mihi Sayce: „In one

passage (sc. of the tablet) Kudurlagamar is said to have „collected“ (idkâ) the Umman-Manda“, ut iis adiuvantibus aliis bellum inferat. Attamen expectandum est, nonne accuratiora reperiantur in inscriptionibus.

Tertius rex Gen. XIV citatus est אַרְיוֹךְ מֶלֶךְ אֶלָּסָר. Multa de hoc nomine atque de hoc rege scripta atque disputata sunt. Nuper accuratius Schrader de eo disseruit, qui quid repererit docet in „Sitzungsberichte der Berliner Akademie. 1894. (p. 279—291: Über Ursprung, Sinn und Aussprache des alt-babyl. Königsnamens ^{m}ARAD^{ilu}EN.SU). Cum inscriptiones, in quibus hoc nomen scriptum videmus, in ea lingua scriptae sint, quam nominamus sumero-accadicam, quam non semiticam esse notum est, ergo ipsum quoque nomen non semiticum est, sed sumero-accadicum, quamvis semitice legi possit „^{m}Ardi-^{ilu}Sin“. Qua de causa illud nomen nostro iure interpretamur atque legimus „Eri-Aku“, quod rectum esse ex syllabariis patet, concedit quoque Delitzsch. Sed hic a. 1884 (Sprache der Kossäer p. 68 adnot.) dixit: „Die auch von mir früher angenommene Einheit von Kudurmabuks Sohn Arad-Sin bezw. Êrê-Aku mit dem biblischen אַרְיוֹךְ möchte ich nicht mehr so zuversichtlich vertreten.“ Schrader autem, qui harum rerum studio postea maxime occubuit, semel atque iterum hoc verisimillimum esse comprobavit. Hic Eri-Aku filius erat regis Kudur-Mabuk atque ab eo rex vicarius Larsae institutus, quae res bene congruit cum rebus Gen. XIV traditis.

Quartus rex illo bello commemoratus nominatur אַמְרָפֶל מֶלֶךְ־שִׁנְעָר. Hoc nomen adhuc in inscriptionibus ita, ut ibi scriptum videmus, nondum inventum est. Schrader a. 1883 (KAT^{2} p. 135) dixit hoc nomen minime explanari atque explicari posse. Anno 1887 autem hunc regem eundem esse demonstrare studuit atque notissimum

illum babylonicum nomine Chammurabi [1]). Hoc ex eo praecipue ei consequi videtur, quod Amraphelus aequalis est Ariochi illius regis Larsae. Quam sententiam rectam esse re vera verisimilis est. Quod nomen hebraicum finitur littera Lamed, nomen babylonicum littera Jod, hebraicum non recte scriptum atque traditum esse Schrader dicit. Aliter Sayce hanc differentiam explicare conatus est scribens: „I suppose, that.... in the original cuneiform text the reading was „Khammurabi pal šar Babili“, which the Hebrew writer has changed into: אמר(ב)פל ־מלך־שנער.“ Putat igitur ultimas litteras פל idem significare atque babylonicum „apal“, i. e. status constructus nominis „aplu“ i. e. filius; litteram ב autem nominis Chammurabi in hebraica nominis forma omissam esse. Sed ad hanc sententiam me applicare non possum, cum minime credendum sit auctorem hebraicum tali modo inscriptiones cuneiformes secutum esse; accedit, quod Chammurabi certissime non semper nominabatur filius regis Sumêri, „apal šar Šumêri“, seu „apal šar Bâbili“, sed, ut scriptum est KB II p. 286 Col. I: „ᵐḪa-am-mu-rabi apal ᵐSin-mu-bal-liṭ.“

Quae fuerint res inter hos reges orientis gestae, adhuc ex inscriptionibus accuratius intellegere non possumus. Nihil quidem adhuc notum est de illo Kudur-Lagamar et de illo Tudḫala; constat autem, quod antea multi putabant, Kudur-Mabuk illum, patrem illius Ere-Aku, non eundem esse atque Kudur-Lagamar. De Chammurabio hoc tantum scimus, ab eo Ere-Aku, regem Larsae victum esse (Hommel, l. c. p. 11). Quae res leviter attingenti contra historiam Gen. XIV traditam

---

1) Sitzungsberichte der Berliner Akademie. 1887. Die keilinschriftl. babyl. Königsliste. p. 597—607. Excurs: p. 600 - 605.

esse videtur, cum ibi Ariochus eiusdem iuris atque Amraphelus sit. Sed potest cogitari hanc victoriam a Chammurabio post bellum Gen. XIV traditum de rege Larsae reportatam esse. Utique haec res minime veritati traditionis biblicae opponi potest. Quod denique de hoc bello contra Palaestinam facto adhuc nihil inveniri potest in inscriptionibus, mirandum non est, quia finis expeditionis cladis erat, quam numquam fere in inscriptionibus tradi constat. Praeterea permultae tabellae inscriptionibus completae et in museis Europae et in ipsa Babylonia exstant, quae nondum explicatae sunt. Qua de causa omnes speramus fore, ut accuratiora quaedam inveniantur [1]).

Quid igitur invenimus hoc inscriptionum studio ad demonstrandum Gen. XIV recta tradere atque fidei dignum esse? Ac primum quidem demonstravimus re vera saepius a regibus Elamiticis Babyloniam et terras circumiacentes subactas fuisse; deinde comprobavimus Babylonios atque etiam Elamitas saepius ad occidentem versus profectos esse aliis belli inferendi causa atque saepius eos „terram occidentalem", i. e. Syriam, Phoeniciam, Palaestinam vicisse et suae auctoritati subegisse; denique demonstravimus verisimillimum esse omnes quattuor reges bellum facientes in inscriptionibus cuneiformibus requisitos esse.

---

1) Postquam hanc dissertationem finivi, Ms. Maspero in „Académie des inscriptions et des belles lettres" epistulam Scheilii Constantinopolitani in medium protulit cum tribus inscriptionibus babylonicis. Quarum una pronunciat Chammurabii illius clientes ab ipso laudatos esse atque statuas deorum dono accepisse, quod in bello contra „Kudurlaghamar" fortes se praestiterint (Gotthold. 1896. No. 10. p. 79a). Quod si ita se habet, hāc inscriptione primum narratur de rebus inter hos reges, qui Gen. 14 citantur, gestis.

Quae cum ita sint, satis nostrâ quidem sententiâ comprobatum est hoc caput Gen. XIV dignissimum esse, cui credatur. Quod erat demonstrandum.

Conclusio.

Abrahamus patriarcha an fuerit re vera, haec erat quaestio, de qua nunc accuratius disputavimus. Reprobavimus in priore dissertationis parte et sententiam dicentium Abrahamum reliquosque patriarchas numina fuisse atque ut deos cultos esse, et sententiam dicentium eum fictum esse qualibet causa, et sententiam dicentium nomina patriarcharum esse nomina ethnographica. Quibus de causis verisimillimum esse consequebatur traditionem biblicam rectam esse, ipsum Abrahamum re vera fuisse.

In altera dissertationis parte disseruimus de capite Gen. XIV, quia, si modo Abrahamum re vera fuisse demonstrari potest, hoc capite adiuvante id fieri necesse est, cum hîc Abrahamus commemoretur cum personis atque rebus, de quibus praeter traditiones biblicas aliunde nuntius exstat. Qua de causa refutavimus sententiam dicentium hoc caput in omnibus partibus fictum esse, et maxime sententiam eorum, qui putant Iudaeum quendam in exilio hoc scripsisse eo consilio, ut adiuvantibus rebus historicis atque re vera gestis Abrahamum ornet atque celebret, quamquam omnino non res illae ad eum pertinebant. Hoc minime ita se habere argumentis comprobavimus. Immo nostram sententiam approbavimus hoc caput antiquissimam traditionem hebraicam continere. Deinde severa inscriptionum cuneiformium interpretatione Gen. XIV dignissimum esse demonstravimus, cui credatur.

Quod si comparaverimus, et Gen. XIV minime eo consilio scriptum esse, ut Abrahamus celebretur atque

inseratur in alienas res re vera gestas, et Gen. XIV dignissimum esse, cui credatur, non poterimus non eam quaestionem, quae hoc loco agebatur, ita diudicare: re vera fuisse Abrahamum. Concedimus omnino difficile esse quamvis personam re vera vixisse et historicam esse demonstrare. Cum autem omnia, quae contra nostram sententiam prolata sunt, minime probabilia esse nobis demonstravisse videamur, in hac sententia, quamvis multi docti eam repugnent, perstamus: Abrahamum patriarcham re vera vixisse. Hoc igitur, ut accuratius dicam, negamus, in illis rebus de Abrahamo traditis nihil inesse nisi id, quod germanice vocamus „Sagen", in Abrahamo tantummodo inesse „ein geschichtlicher Hintergrund"; immo vero eum ipsum re vera vixisse et magnâ auctoritate fuisse apud homines illius temporis dicimus. Accedit, quod ipse Iesus et apostoli eidem sententiae se adscripserunt et semel atque iterum affirmaverunt Abrahamum patriarcham re vera fuisse.

Index librorum, quibus usus sum.

A. Opera maiora, in quibus nostra quaestio brevius commemorata est:

Dillmann: Commentar zur Genesis. 5. Aufl. 1886.
Delitzsch: Commentar über die Genesis. 3. Aufl. 1860. 4. Aufl. 1872. Neuer Commentar. 1887.
Tuch: Commentar über die Genesis. 2. Aufl.
H. Ewald: Geschichte des Volkes Israel. 1843.
Kittel: Geschichte der Ebräer. I. 1887. II. 1892.
v. Baudissin: Geschichte des a.t. Priestertums. 1889.
Hitzig: Geschichte Israels. 1869.
E. König: Einleitung in das A. T. 1893.
Wellhausen: Composition des Hexateuch in: Skizzen und Vorbeiten. 2. Heft. 1885 und: Jahrbücher für deutsche Theol. 21. Bd. 1876.
Meinhold: Wider den Kleinglauben. 1895.
Jesus und das A. T. 1896.
Goldziher: Der Mythos bei den Hebräern. 1876.
Dozy: Die Israeliten zu Mekka. 1864.
Baethgen: Beiträge zur semit. Religionsgesch.
Nöldeke: ZDMG. 1888. 42. Bd. p. 470 sqq.: „Baethgen, Beiträge“.

Assyriologica:

C. P. Tiele: Babyl.-assyr. Geschichte. 1886.
F. Hommel: Aus der babyl. Altertumskunde. 1895.
Frdr. Delitzsch: Wo lag das Paradies? 1881.
Schrader: KAT². 1883.
— : Keilinschriftl. Bibliothek. II. 1890.
— : Die keilinschriftl. babyl. Königsliste. Sitzungsberichte 1887. p. 600 sqq.

Schrader: Über Ursprung, Sinn u. Aussprache etc. Sitzungsberichte 1894. p. 279—291.

— : Über einen alt-oriental. Herrschernamen. Sitzungsberichte 1895. p. 961—964.

B. Specialia:

Nöldeke: Die biblischen Erzväter. In: Dove: Im neuen Reich. 1871. I, 497—511.

— : Untersuchungen zur Kritik des A. T. 1869. 3.: Die Ungeschichtlichkeit der Erzählung Gen. 14.

— : Einiges Weitere über die Ungeschichtlichkeit der Erzählung Gen. 14. Zeitschrift f. wissenschaftl. Theologie. 1870. p. 213—219.

Diestel: Jahrbücher für deutsche Theologie. 1869. p. 345.

Tuch: Bemerkungen zu Gen. 14. ZDMG. 1847. I, 161—194.

Grotefend: Zur ältesten Sagenpoesie des Orients. ZDMG. VIII. 1854. p. 800—816.

Köhler: Abraham. In: PRE[3].

A. Bernstein: Ursprung der Sagen von Abraham, Isaac und Jakob. 1871.

Corrigenda.

p. 12, linea 22 legendum est: (cf. p. 43).

p. 43 in adnotatione linea 3 legendum est: cf. Köhler: B. G. III, p. 98 adnot. 2.